frater stephanus brulefer ordinis mino rū de obseruantia. Et dicit ille libellus opusculū siue tractatulus nō ꝓpter huius noticie substātiā q2 talis reuera magna est et ꝓfunda: sed dicit tractatulus siue opusculum ꝓpter libri paruitatē z verboꝝ paucitatē. ¶ Sed de causa formali sciendū ꝙ noticia huius libri non habet causā formalem intrinsecā cū sit forma simplex z accñtalis cōiter tamē libris due cause formales assignari solent scȝ forma tractandi z forma tractatus. Tractatulus tñ iste non habet nisi vnā causam formalē scȝ formā tractādi q̄ est modus ꝓcedendi z talis modus est quadruplex scȝ incitatiuus siue assignatiuꝰ qđ idē ē redargutiuꝰ ꝓbatiuus z cōdusiuus. Nā in illo tractatulo modus dicendi quorundā false loquentiū recitat siue assignat: scđo talis modus dicendi reprobat. tercio q̄ntum ad aliq̄ oppositū probat. q̄rto coclusiones scđm mentē doctoris subtilis inferunt. Forma autē tractatus hic nō assignat cū tractatulꝰ ille p tractatus nō diuidit necꝙ tractatus p capitula necꝙ capitula p partes.

¶ Causa materialis huiꝰ tractatuli ꝓprie loquēdo sicut z cuiuslibet alterius libri est papirus z attramentū .i. incaustum q2 ex illis tanꝙ ex materia ꝯstituitur. Noticia vero huius opusculi siue tractatuli ꝓprie loquēdo nō habet materiā ex qua. ¶ Pro maiori declaratione huius dicti sciendū ꝙ triplex est materia scȝ ex qua in qua z circa quā. Materia ex qua dicit omne illud ex q̄ aliq̄d fit tanꝙ ex subiecto. Materia in q̄ dicitur omē illud qđ est receptiuū alicꝰ forme siue sit substantialis siue accñtalis. Materia ꝟo circa quā dr omē illud circa qđ versat aliqua potentia. Vn̄ lȝ sciētia huiꝰ tractatuli sicut z q̄libet alia scientia nō habeat materiā ex qua cum sit forma simplex: habet tñ materiā in qua z circa quā. Materia aūt in qua cuiuscūꝙ scie est ipsa aia intellectiua: q2 ois scientia est in aīa z ois color in corpe vt dicit phs in anp̄dicamentis. Materia ꝟo circa quā etiā cuiuscūꝙ scie est subiectum attributionis illius sciētie cuiꝰ est subiectū. Materia circa quā huius subtilis z famo. noticie est identitates z distinctiones rerū de illis eni principaliter tractat in hoc opusculo tanꝙ de subiecto principali z adequato.

¶ Pro quo sciendū ꝙ idētitas sumit dupliciter. Uno mō cōiter siue trāscendenter Alio mō ꝓprie. Idētitas cōiter siue trāscendenter sumpta: est quedaȝ passio entis disiuncta q̄ sola vel oppositū eius solū non pōt predicari vniuersaliter de ente sed ambo simul sub disiunctione. Vn̄ illa est falsa omē ens est idē: sitr z illa omē ens est diuersum: statū concedit omē ens est idē vel diuersum: z de identitate illo mō accepto loquit phs decimo metaphisice dicēs omē ens omī enti cōparatū esse idem vel diuersuȝ et isto mō identitas reperit in diuinis. ¶ Identitas aūt stricte sumpta: est quedā relatio equiparātie fundata sup vnū in substātia. Vn̄ phs q̄nto metaphisice capl'o de relatione distinguit tres relationes fundatas sup vnū scȝ simile z equale z sic loquēdo stricte de illis relationibȝ ipe appropriant diuersis generibȝ: vt idētitas substātie eq̄litas quātitati z silitudo q̄litati z illo scđo mō nō sumit identitas in ꝓposito sed primo mō illo etiam scđo mō accepto non reperit in diuinis q2 sicut nullū genus nec aliq̄d alicuiꝰ generis dicit formaliter de deo ita nec passio alicuius gn̄is z per ꝯn̄s nec aliqua relatio cōis si stricte sumatur. ¶ Sciendū etiā ꝙ fundamentū illarū relationū stricte sumptarū est duplex: quoddā est remotū: aliud ꝟo ꝓpinquū. Fundamentū remotū est res illius gn̄is vt fundamentū idētitatis est res de gn̄e substantie eq̄litatis res d' gn̄e quātitatis silitudinis ꝟo fundamentū est res de gn̄e q̄litatis. Fundamentū aūt ꝓximū siue pri

ma ratio fundandi ē vnitas talis rei nō q̄dē vnitas nūeralis. cū idēptitas sit relatio realis req̄rit extrema real'r distincta. Vnū aūt nūero in creaturis nō pōt cōicari sine sui diuisione pluribus real'r distinctis. Est ḡ tal' vnitas q̄ est rō fundandi vel fundamētū ꝓximū est vnitas specifica ⁊ sic illa indiuidua dicunt̄ idē ⁊ vel eadē q̄ hn̄t eandē substātiā in spē vt sortes ⁊ plato. His igit̄ visis ꝑ faciliter cognosci quid sit ⁊ q̄t modis accipiat̄ distinctio. tot modis eīn dr̄ vnū oppositoꝝ q̄t modis ⁊ reliquū dū aūt dictū sit idēptitas ⁊ distinctio dē rerū esse materiā circa quā hui' noticie opoꝛtet videre q̄d sit res ⁊ q̄t modis accipiat̄ sed quia iuxta regulā cōem logicalē. Omne equiuocū ꝑus est distinguendū q̄ꝫ diffiniendum ⁊ cū hoc nō ens siue res sit equocū fm auctores de eo loquētium: ideo ꝑus erit distinguendū q̄ꝫ diffiniendū. ¶ Pro quo est aduertēdū q̄ hoc nomē res pōt sumi tripl'r. Vno mō cōissime. Alio modo cōmunit̄. Et tercio ꝓprie. ¶ Res cōissime sumpta: est omne illud qd̄ non est nihil. Vñ est sciendū q̄ hoc nomē nihil dupl'r sumit̄. Vno mō illud dr̄ nihil et verissime q̄ includit ꝯdictionē. vt hominē esse asinū Vñ illud excludit oēs extra intellectū ⁊ in intellectu qd̄ eīn ē sic includēs ꝯdictionē sicut non pt̄ esse extra animā ita nec pt̄ esse intelligibile vel aliqd̄ ens in aīa: q̄ nūq̄ꝫ ꝯdictoriū cum ꝯdictorio ꝯstituit vnū intelligibile neq̄ꝫ sicut obiectū cū obiecto neq̄ꝫ sicut mod' cū obiecto ¶ Alio mō illd̄ dr̄ nihil qd̄ nec est nec esse pt̄ ens extra aīaꝫ ⁊ illo mō entia rōis siue intētiones scd̄e dicunt̄ nihil: q̄ non hn̄t neq̄ꝫ hr̄e pn̄t esse extra aīam: hn̄t tn̄ esse i aīa obiectiue. Et de tali q̄ illo mō est nihil hn̄ pt̄ eē sciā. Logica eīn est sciā et est de intentionib' scd̄is adiūctꝫ ꝑmis de illo aūt qd̄ est nihil. Primo mō nō pt̄ esse sciā. vt chimera hircoceruo. Res ergo vel ens illo mō sumit̄ cōmunissime et extendit se ad qd̄cunq̄ꝫ qd̄ non includit ꝯdictionē siue sit ens rōnis hoc est ꝑcise hn̄s esse in intellectu cōsiderante siue sit ens reale hn̄s aliquā entitatē extra consideratione intellect'. Res cōiter sumpta est oñe illud qd̄ habet vel hr̄e pōt entitatem absolutā extra animā ⁊ illo mō sole res absolute sunt entia. ¶ Sequūt̄ duo corrclaria. Corrclariū ꝑmū. Nullus respectus siue intrinsec' siue extrinsec' aduemens est res cōiter sumpta. Corrclariū scd̄m. Nulla res de genere relatōnis actionis passionis situs habitus vbi qn̄ est res cōiter sumpta. licet q̄libet illarū sit res cōissime sumpta ¶ Tercio sumit̄ res ꝓpriissime ꝓ eo qd̄ est ens cui ꝑ se et ꝑmo cōuenit esse. ⁊ illo mō sola substantia est ens siue res. ⁊ nullum accidēs siue absolutū siue respectiuū est illo mō ens quia nulli accidenti cōuenit ꝑmo et per se esse. Nā fm ph̄m septimo metaphisice accidentia dicunt̄ encia quia sunt entis vult ergo ibi ph̄us q̄ non sunt entia per se existentia: sed aliīs inherentia. ¶ Regula generalis. Oīs entitas est quid. i. alicui' entitatis. Vñ idē est dicere essentia propria entitas ꝓpria. rō propria. et q̄dditas ꝓpria Tamē lata est differētia int̄ diffinitionē q̄dditatiuā ⁊ quid. Probatur quia oīs diffinitō q̄dditatiua est quid sed nō omne quid est diffinitio q̄dditatiua igit̄. quia quid repitur in omnibus entib'. non aūt oīs diffinitio q̄dditatiua. diffinitio eīn q̄dditatiua reperitur solū i reb' ꝑdicamētalib' cū soli' speciei sit diffinitio. quid aūt repitur in omnibus entib'. ¶ Causa finalis hui' tractatuli est duplex. Extrinseca scꝫ et intrinseca. Causa finalis intrinseca est perfecta: cognitio idēptitatū ⁊ distinctionū rerum. Nam cuiuslibet sciētie finis intrinsecus est perfecta cognitio sui subiecti. sic etiā in ꝓposito. Causa finalis extrinseca est duplex. scꝫ prima ⁊ secunda. Causa finalis extrīseca ꝑma ꝓpter quā factuꝫ est illud opusculū. est extirpatio erroꝝ quoꝛundā formalizantiū doctri

nam scoticā deturbantiū ꝛ doctrine doctoris subtilis maculā ponentiū. Causa finalis extrinseca secūda. Et elucidatio ꝛ enodatio mentis p̄fati doctoris subtilis sup materia idēptitatū ꝛ distinctionum rerum.

Premissis q̄busdā pambulis ꝯsequenter ad textum formalitatū est accedēdū. Ubi sciendū ꝙ modus pcedendi hui⁹ tractatuli est quadruplex .s. Recitatiuus seu Assignatiuus. Redargutiuus. Probatiuus et Cōclusiuus. Nā in illo tractatulo modus dicendi quorundā false loquentiuꝫ recitatur siue assignat̄. Scdo talis modus dicendi reprobat̄. Tercio quantuꝫ ad aliqua oppositū ꝓbatur. quarto cōclusiones fm mentē doctoris subtilis inferunt̄. ¶ Quantū igit̄ ad p̄mū sciendū. ꝙ in principio hui⁹ textus recitat̄ mod⁹ dicendi siue ponēdi q̄rundā moralisantium vel potius fatuesantiū vbi inter cetera septē assignāt̄ distinctōes .s. distictō rōnis ex natura rei. formal̄. real̄. eēntial̄ se totꝫ sbiectiue se totis obiectiue. Et p oppositū septē recitāt̄ idēptitates p̄fatꝫ septē distinctionib' correspondentes scꝫ idēptitas rōnis ex natura rei formalis. realis essential̄ se totis subiectiue ꝛ se totis obiectiue. Quia q̄t modis d̄r vnum oppositorū tot modis d̄r ꝛ reliquū. cum igit̄ idē ꝛ diuersum sint imediata opposita circa ens. sequtur q̄t modis d̄r distinctio siue diuersitas. tot modis etiā dicit̄ idēptitas. ꝛ sic fm eos cū septem sint distinctiones erunt ꝛ septem idēptitates.

¶ Sciendū circa autoritatē pallegataꝫ illā .s. Quot modis d̄r vnū oppositoꝝ ꝛc̄. Qd̄ ipsa non est simpl'r sic intelligenda. scꝫ ꝙ tot sunt supposita vni⁹ oppositoꝝ quot sunt supposita alteri⁹ oppositoꝝ. Non enī oportet q̄t sint tot alba q̄t sunt nigra. nec oportet q̄t sint tot ceci q̄t videntes. nec tot genera q̄t species. nec tot creatores q̄t creature. sed debet sic intelligi. Quot modis d̄r vnū oppositoꝝ ꝛc̄. .i. Quot q̄t significata p̄ncipalia habet vnū oppositoꝝ tot etiā significata principalia hēt alterū oppositoꝝ. si saltē fm oēm significationē alterū sibi opponit̄. sequtur illud ad ꝓpositum ꝙ nō oportet tot esse distinctiones numerales q̄t sunt idēptitates nūerales. nec ecōtra. sed q̄t q̄t sunt significata p̄ncipalia distinctionum: tot sunt etiā p̄ncipalia significata idēptitatū. Sciendū vlterius ꝙ distinctio rōnis fm p̄dictos formalisantes sic diffinit̄ ꝛ bene. ¶ Distinctio rōnis ē illa q̄ hꝫ fieri p actū collatiuū siue cōparatiuū intellect⁹. ꝓ cui⁹ declaratōe ponuntur alique ꝓpositiones. Quarū prima duplex est. Actus intellect⁹ scꝫ Rectus simplex siue absolut⁹: ꝛ est actus quo intellectus fertur directe sup aliqđ intelligibile non ꝯpando illā rem ad aliā neqꝫ ad seipsam. vt qn̄ intellect⁹ me⁹ apphendit simpl'r rosam vel lapidē in se ꝛ absolute. ¶ Alius ē actus collatiu⁹ ꝯpatiu⁹ siue respectiu⁹. ꝛ est ille q̄ intellect⁹ fert̄ super aliquā rem cōparando eam ad seipsam vel ad aliā. Exemplū primi. Ut intellectus intelligens hominē cōparando hominē ad seipm dicendo. homo est homo. relinquit in eodē duas intentiones secūdas quarū vna d̄r subiectū. alia vero p̄dicatū. ꝓpter quas intentiones secundas hō positus a parte subiecti differt a seipso a parte p̄dicati posito non quidē realiter sed rōne solum ꝓpter diuersas intentiones secūdas in eo per intellectum derelictas. Exemplū scdi. Intellectus intelligens aial ꝛ hominē comparando vnum ad aliud attribuit aiali intentionem superioritatis seu maioris communicabilitatꝫ ꝛ homini attribuit intentionē inferioritatis siue minoris cōmunicabilitatis. Et illa intentio fundata in animali speciali nomine vocat̄ genus illa vero in homine dicitur species. ¶ Propositio secunda. Omnis intentio secunda est relatio rōnis siue ens rōnis.

z etiã econtra. nã in nullis reperitur di/stantia. ¶ Tercia ppõ. Quãcunq intellectus intelligit vnũ intelligibile: cõparando illud ad alteruz intelligibile. tal' actus intelligendi dicit collatiuus seu cõparatiuus. ¶ Quarta ppõ. Ois act⁹ cõparatiuus necessario pluppõit duos actus rectos seu simplices: quia intellectus non põt cõparare vnũ ad alterũ ni si directe ambo illa intelligat. nã illud q nõ cognoscit siue nõ intelligit hoc nõ cõparat. ¶ Quinta ppõ. Idẽ oib9 modis idẽ z penit⁹ indistinctũ in natura põt diuersificari p actũ cõpatiuũ intellect⁹ pt cũ intellect⁹ in eadẽ re causare diuersas intẽtiones scdas ad quas sequitur distinctio rõnis. ¶ Sexta ppõ. Quantũcũq aliqua duo sunt diuersa quãtũcũq etiã distincta nihilomin⁹ illa duo pñt identificari p actũ cõparatiuũ intellect⁹. Verbi grã. Deus z creatura sunt pmo diuersa nihilomin⁹ tamẽ intellectus põt illis attribuere eandẽ intentionẽ secundã. vt in his ppositionib9. Deus est: creatura est. vbi tã deus q̃ creatura est subiectũ. Subiectũ autẽ formal'r sumptũ est intentio secunda z ens rõnis. illa autẽ quibus attribuit eadẽ intentio siue idẽ ens rõnis talia sunt eadẽ ratione. igit ppositio vera.

Distinctio ex natura rei ponitur ab illis formalisantib9 z bene. Sed qa ponunt eam esse distinctã contra distinctionem formalẽ hoc male. ideo quantũ ad secundũ hoc efficaciter improbatur per textũ. Pro maiori declaratione huius textus ponende sunt aliquе propositiones. Quarũ prima est talis. ¶ De quibuscunq dicunt pdicamenta ɔtradictoria pter opus intellectus illa distinguũtur ex natura rei z formalit quia de quolibet affirmatio z negatio. de nullo vero simul per primũ pncipiũ. ¶ Contra hãc ppositionẽ Arguit. Si ppositio eẽt vera sequeret q idem omnib9 modis idem non distingueret ex natura rei a seipso sz hoc est falsum. igitur. sequela patz: quia de quibuscũq dicunt pdicamenta contradictoria pter opus intellectus illa distinguunt ex natura rei z formal'r sed de eodẽ omnib9 modis idem in natura rei possunt verificari pdicamẽta contradictoria que non sunt fabricata per opus intellectus. vt dicendo homo est homo. ibi idem pdicatur de seipso z homo est subiectũ z etiã est nõ subiectũ cũ sit predicatuz sed esse subiectũ z esse non subiectum sunt pdicata contradictoria quorum vnũ non fit per actũ intellectus scz esse non subiectũ. z per ɔsequens nõ ambo illa pdicata sunt fabricata per actuz intellectus igitur ppositio falsa. ¶ Respondeo in omni contradictioni est ad minus vnũ extremũ preter opus intellectus. Sed ppositio nostra debet intelligi sic q nullum pdicatorũ sit per actum intellectus. in pposito autẽ vnũ predicatorum habet esse per operationẽ intellectus. ¶ Pro maiori declaratione est sciendum q triplicia sunt pdicata contradictoria. Quedã sunt que non inferunt distinctionẽ realem que est inter rem et rẽ sed bene inferunt distinctionẽ que est ex natura rei siue formalẽ: vt cõmunicabile z non cõmunicabile. liberũ z non liberum. Alia sunt que necessario inferũt distinctionem realem que est inter rem z rem licet nõ necessario inferãt distinctionem realem naturarũ vt esse genitum z esse nõ genitũ pductũ z nõ productũ: vt in diuinis pr̃ qui nõ est genit⁹ distinguit realiter a filio q est genitus non tñ essentialiter. Alia sunt predicata ɔdictoria: q̃ necessario inferũt distinctionẽ realẽ nõ solũ suppositoꝝ verũetiã naturaꝝ sicut sunt pma pdicata ɔdictoria. s. eẽ z nõ eẽ existere z nõ existere. ¶ Contra hanc distinctionẽ a Modernis Arguit. Inter oĩa ɔdictoria est eq̃lis distantia. g si aliqua ɔdictoria inferũt distinctionẽ realẽ p ɔsequens oĩa. Cõfirmat nulla distantia ẽ maior infinita distantia si inter con

tradictoria ē distantia infinita. ergo 7c. ¶ Arguit̄ scdo. Contraria nō pñt simul z semel verificari de eodē. ḡ nec duo contradictoria. tenet ɔ̄ña: q2 plus distant ɔ̄dictoria q̄ ɔ̄ria. ¶ Ad pmū q̄ añs est simplr falsum: q2 qñ extrema sunt immediata tanta pcise est eoꝝ distantia qntū est alterū extremū maius. Sed ɔ̄stat q̄ extrema ɔ̄dictionis sunt imediata: quia fm phm pmo posterioꝝ. Contradictio est oppositio cui⁹ fm se non est darc mediū. ḡ tanta ē distantia inter aliq̄ extrema ɔ̄dictionis: qntū est alterū extremorum maius sed nō oīa extrema ɔ̄dictionis sunt equalia. ḡ nō est eq̄lis distantia inter oīa ɔ̄dictoria. Nā deus z nō deus sunt extrema ɔ̄dictionis. Et inter ista ē distantia infinita: quia alterū extremuz maius. s. deus ē infinitū. Tanta ē em̄ distantia dei a creatura etiā supma possibili fore: q̄ntus ē deus et ideo si poneret̄ supma creatura possibilis. adhuc deus distaret ab illa in infinitū: q2 deus ē infinitus: creatura aut̄ finita. sic igit̄ inter deū z non deū etiā est distantia infinita: quia de⁹ ē infinit⁹. Aīa aūt z nō aīa etiā sunt extrema ɔ̄dictionis sed int̄ ista non est distantia infinita: quia aīa q̄ est extremum maius non est infinita igit̄ non est eq̄lis distantia int̄ oīa ɔ̄dictoria. Cum inter aliq̄ sit distantia infinita inter aliqua vero non. ¶ Ad cōfirmationē dr̄ q̄ minor est simplr falsa accipiendo infinitum p excedente simplr q̄ntūcunq̄ finitum z infinitū. Si aūt accipiat̄ finitum p indeterminato sic minor est vera quia nulla est distantia tā parua quin sufficiat ad ɔ̄dictionē q̄ntūcunq̄ etiā modicū recedat̄ ab vno ɔ̄dictorioꝝ stati ē sub altero. Nec est distantia aliqua tā magna etiā si possit esse in infinitū maior seu maxima quin ad illam se extendat ɔ̄dictio ¶ Ad scdm dicit̄ negando cōsequentiā: quia nō est simile de contrarijs z contradictorijs. Et ad pbationē qñ dicit̄ plus distant duo ɔ̄tradictoria q̄ duo contraria dicendū q̄ Aliqua magis distare potest intelligi dupl'r. ¶ Uno mō dicunt̄ aliqua magis distare qñ minus conueniunt in aliquo cōi vniuoco. z sic cōtradictoria magis distant q̄ ɔ̄traria: quia cōtraria ad minus cōueniūt in eodē genere sicut albū z nigrū in colore. Nō autem sic conueniūt ɔ̄dictoria. Etiā inter contradictoria est maxima distantia pmissiue quia nō est distantia aliqua tam magna etiā si possit esse in infinitū maior maxima quin ad illā z ei⁹ extrema se extendat contradictio. Est etiā minima distantia inter contradictoria pmissiue quia nō est distātia tā parua quin sufficiat ad cōtradictionē. Non sic autē duo contraria habent minimā distantiam et maximam nec positiue nec permissiue. ¶ Alio modo aliqua dicunt̄ distare magis: que plus repugnāt in aliquo sic contraria magis distant q̄ contradictoria quia minus cōpatiunt̄ se in eodē q̄ contradictoria.

¶ Habito de distinctione ex natura rei (quā formalisantes dicunt esse distinctā contra distinctionē formalē z reale) consequenter videnduz est q̄d sit distinctio formalis quā ipsi sic diffiniunt.

Distinctio formalis est illa que ē inter aliqua duo quoꝝ vnum non includit alterum in pmo mō dicendi p se. Pro cui⁹ diffinitonis declaratione etiā fm veritatem est notandū q̄ Quatuor sunt modi dicendi per se. ¶ Primus modus dicēdi per se: est quādo tota diffinitio vel pars diffinitionis pdicat̄ de suo diffinito. Exempluz primi. vt homo est animal rōnale. Exemplū secundi. vt homo est rationalis et debet hoc intelligi de diffinitione quidditatiua que sc3 datur per verū genus z verām differentiā Est autem differentia specifica illa vltima que sumitur ab vltima realitate forme specifice. Si vero sit vltima realitas forme indiuidualis. dicitur differentia indiuidualis.

¶ Omne superius dr̄ in pmo mō dicendi p se de suis inferiorib. ¶ Scd̄s mod⁹ dicendi per se est qñcūq; propria passio pdicat de subiecto suo vt hō est risibilis vbi sciendū q oīs ppositio q̄ est in scd̄o modo dicēdi per se est demonstrabilit' a priori et ppter qd̄ per aliā ppositionem que est in primo modo dicendi per se et hoc est verū dummō subiectū non dicat conceptū simpliciter simplicē vt est conceptus entis: illa em̄ videtur esse immediata z indemonstrabilis ens est vnum z tamen est in scd̄o modo dicendi per se. ¶ Omnis ppositio tam de pmo mō dicendi per se q̄ de secundo est necessaria. ¶ Tercius modus dicendi p se non est proprie modus dicēdi sed est mag; modus eēndi z est qñ aliqd in se z per se subsistit. i. quādo aliquid incōicabiliter existit: vñ lata est differētia inter existere z sbsistere vt patebit infra. ¶ Quart⁹ modus dicendi per se qui etiā non pprie dicitur modus dicendi sed magis modus causandi z est ille vbi proxima ratio inherentie pdicamēti ad subiectū includitur in ipo subiecto vt dicendo voluntas vult nō em̄ est alia ratio quare hic pdicamentum insit subiecto nisi quia est tale subiectum: puta nō est alia ratio quare voluntas vult nisi quia voluntas est voluntas. Similiter hic interfectum interyt. ¶ Ubi nota. Quādocūq; non est assignanda aliqua causa euidens p quam possit probari quare predicatum insit subiecto tunc talis ppositio est semp in quarto modo dicēdi per se. Siue talis ppositio sit cōtingēs siue necessaria Itē nō est inconueniēs eandē ppositionē diuersis respectib eē in diuersis modis pseitatis. ¶ Existere z subsistere differūt dupliciter. Primo mō sicut supius z inferius qz oē subsistere est existere sed nō ecōtra nā oē qd̄ subsistit incōicabilit existit: sed nō ecōtra oē qd̄ existit subsistit. Nā hō z asinus zc. existūt z tñ nō subsistunt quia non incōmunicabiliter sunt.

¶ Scd̄o mō qz illud dr̄ existere qd̄ hz eē reale verū z h extra suā causam. Subsistere pro illud qd̄ totaliter hz eē incōicabile z vt qd̄ z vt q̄. ¶ Aliqd est cōicabile duobus modis. Uno mō vt qd̄ z sic ē illud qd̄ cōicat plurib inferiorib p identitatē quoz qd̄libet est ipm sicvniuersale cōicatur suis singl'arib vt hō cōicat sorti z platoni z tā sortes q̄ plato ē ipm nam quilibet ipsoꝝ est hō. ¶ Aliud vt quo z est illud qd̄ cōicat alteri per informationē ita q illud cui cōicat sit ipius z nō ipm sicut albedo cōicat homini vel equo vt quo qz hō non est ipa albedo sed bene est albus albedine. ¶ Pro declaratione pdictoꝝ ponunt alique conclusiones. quarū prima est. Omne cōicabile vt qd̄ pdicat in recto de eo cui cōicat vt sortes est hō. ¶ Scd̄a est. Nullū cōicabile vt q̄ predicat de eo in recto cui cōicat sed bñ in obliquo: hec em̄ est falsa sortes est albedo: hec aūt vera sortes hz albedinē. ¶ Tercia est. Omis forma siue substātialis siue accñtal' cōicata alicui dat illi cui cōicat tale eē denoīatiue q̄le ipsa hz qdditatiue. ¶ Notandū circa primū modū pseitatis q concept⁹ est triplex. Quidā est cōceptus simplex z est illud qd̄ pōt apphendi vel cognosci p primaz opatione intellect⁹ siue sit cōpositū siue nō. vñ licet talis cōceptus possit resolui in plures ɔceptus seorsum ɔceptibiles vt est ɔceptus diffiniti vel spēi adhuc tñ dr̄ ɔceptus simplex cū possit apprehēdi p primā opatione intellectus. Alius est cōceptus summe simplex z est oē illud qd̄ nec est cōpositū nec cōponibile cū aliquo vt solus deus. Tercius est conceptus simpliciter simplex z est ille q̄ non est resolubilis in aliquē conceptum priorem quē includit qdditatiue sed tm̄ se ipsum includit qdditatiue. Et talis est duplex. ¶ Quidā est conceptus simpliciter simplex quidditatiuus entis. Alius est conceptus simpliciter simplex q̄lificatiuus vt est conceptus vltime diffe-

rentie. ¶ Tunc ponunt quedā proposi
tiones: quarū prima est. Quāuis deus
sit sūme simplex nō tñ ē simpl'r simplex.
Patet qz adhuc icludit ens q̄dditatiue
Hec em̄ ,ppō est in p̄mo mō dicendi p se
de⁹ ē ens. ¶ Scđa ē. Ens h̄z ɔceptū sim
plicit simplicē. qz ɔcept⁹ entis nō ē reso
lubilis in aliquē cōceptū priorē q̄n q̄d/
ditatiue includat. ¶ Tercia est. Omis
differentia vltima specifica habet cōce/
ptum simpliciter simplicem: quia nihil
includit quidditatiue. ¶ Quarta est.
Omnes differentie indiuiduales habēt
ɔceptus simpliciter simplices. ¶ Quin
ta est. Omnis propria passio siue entis
siue cuiuscunq̧ alteri⁹ habet conceptū
simpliciter simplicem. ¶ Sexta est. De
nullo conceptu simpliciter simplici dici
tur aliquid in primo modo dicendi per
se. ¶ Septima est. Conceptus quiddi/
tatiuus est ille qui est communicabilis
pluribus in quid. Et est duplex. s. Qui
dam est simpliciter z absolute q̄dditati
uus vt est conceptus entis z generaliter
omnis conceptus generum z specierū z
omnium superiorum respectu suorū in/
feriorum. Alius est conceptus qualifi/
catiuus vt sunt cōceptus differentiarū
essentialiū. Unde phs quinto metaphi/
sice. caplo de q̄litate dicit q̧ vnus mo/
dus qualitatis est differentia substātie
id est differentia substācialis.

Distinctio realis est illa que est in/
ter rem z rem. Illa vero sunt res et
res quorū vnū potest corrumpi alio re/
manente z ecōtra vt sortes z plato. Vel
quoz vnū potest per diuinā potentiā eē
sine alio vt paries z sua albedo et omne
accidens per accidēs respectu sui subie/
cti vel quoz vnum per se est causa effici/
ens vel finalis z aliud per se effectus vel
quorum vnum est generans z aliud ge/
nitum quia nihil idem generat seipsum
¶ Pro maiori declaratione horum po/
nende sunt aliqe ,ppositiones quarum
prima est. Omnis propositio in qua po
nitur hoc verbū differt vel distinguitur
sine aliqua modificatione tale verbum
importat distinctionem realem: vt dicē/
do sortes differt ab asino. Ratio qz ana
logum per se positum stabit pro signifi
cato suo famosiori. Sed differt z distin
guitur sunt analoga respectu distincti/
onis. ¶ Scđa est. Omnis ,ppositio in q̄
ponitur hoc verbū differt vel distingui
tur aut aliud eis sile: talis ,ppositio est
exponenda per positionem suorū extre/
morum et per negationē vni⁹ ab alte/
ro: vt sortes differt ab asino Sic expo/
nitur: sortes est z asinus est z sortes non
est asinus. Ex illo inferūtur correlaria
¶ Primū est. Hec ,ppositio est falsa: sor/
tes differt a chimera: patet quia vna su
arum exponentium est falsa igitur tota.
Añcedens probatur eam sic exponēdo:
sortes est et chimera est et sortes non est
chimera vbi scđa exponēs est manifeste
falsa. ¶ Scđm est. Res in esse cognito
non differunt ab inuicem realiter. Un/
de illa est falsa; antixp̄s differt ab adam:
quia hoc verbū differt per se positū im/
portat distinctionez realem. Sed expo/
nendo hāc antixp̄s differt ab adam ma
nifestū est q̧ ambe exponentes sunt fal/
se sic enim exponitur antixp̄us est z adā
est z antixp̄us non est adam: iam due ex
ponentes sunt false. Sola illa dicuntur
res et res que ponuntur in rerum natu/
ra siue in reali existentia esse distincta.
¶ Distinctio realis z essentialis conuer
tuntur in creaturis nō aūt in diuinis.

Distinctio essentialis sic diffinitur a
formalisantib⁹ et male. Distinctio
essentialis est illa que est inter aliq̄ duo
que per aliquam potentiaz possunt a se
inuicem separari: vt sortes et plato: pa/
ries z sua albedo z sic de aliis. Sz quia
ista descriptio est insufficiens ideo ponē
da est alia z melior. ¶ Distinctio essenti
alis est illa que est inter duas essentias
positiuas quarum vna vere negatur de
alia. ¶ Dicitur primo in hac descripti/

one (que est inter duas ecentias) ex qua particula aliqua correlaria inferuntur quorum primum est tale. ¶ Distinctio essentialis non habet locum in diuinis: patet quia ibi non sunt due essentie hoc enim dicere esset hereticum. ¶ Scdm e. Quicquid est in diuinis est idem essentialiter cum alio. Unde dicit btus Augustinus. Eo deus simplex est quia est quicquid habet (excepto hoc qd relatiue dicitur) habet enim deus intellectu et est ipsemet intellectus: habet voluntatem et est ipamet voluntas. ¶ Dicit notanter excepto hoc qz relatiue dicitur habet enim pater filium quia relatiue dicitur et tame pater non est filius: habet pater et filius spmsanctu et tame ipsi no sut spussanctus. Et sic quis persone diuie realiter ab inuicem distinguunt distinctione reali suppositoru non tamen distinguunt essentialiter siue distinctione reali essentiaru. ¶ Tercium est. In diuinis paternitas filiatio et spiratio passiua sunt eade ecentialiter. Patet quia no hnt diuersas essentias tn non distinguuntur ecentialiter. ¶ Contra istud tercium correlarium arguit. Quecunqz distinguntur spe distinguuntur ecentialiter sed paternitas: filiatio: spiratio passiua distinguuntur specie: ergo ecentialiter. Maior patet in omnibus specifice distinctis discurrendo: vt homo leo capra Respondeo qz minor est falsa simplicit: quia nulla distinguunt specie que repe riuntur in diuinis sicut enim nullum genus nec aliquid alicui generis dicitur formaliter de do ita nec passio alicuius generis dicitur formaliter de deo: et per pseques nec aliqua relatio de gne predicamentoz et sicut in diuinis non reperit aliqd genus nec species alicui generis sic nec aliqua differetia generica vel specifica et per pseques nec ibi reperiuntur aliqua specifice distincta. ¶ Cotra quecunqz sunt alterius et alterius rationis distinguuntur specie vt videtur sed paternitas et filiatio sunt alterius et alterius rationis cum sint relationes disquiparantie igitur distinguuntur specie. ¶ Dicendu qz maior est falsa: quia subiectum et ppria passio sunt alterius et alterius ronis formalis: et similiter diffinitum et diffinitio et tamen non distinguuntur ecentialiter et etiam specie quare maior falsa. ¶ Arguitur. Quecunqz distinguuntur quidditatiue distinguunt ecentialiter: sed paternitas et filiatio distinguuntur qdditatiue: igitur essentialit. ¶ Solutio minor est falsa na proprie loquedo paternitas filiatio et spiratio passiua non distinguunt quidditatiue. Illa enim solum distinguunt quidditatiue que sunt alterius et alterius quidditatis et per consequens alterius et alterius essentie huiusmodi autem relatones non sunt quidditates sed sunt entitates hypostatice. ¶ Pro enodatione hui9 coclusionis est sciendum qz duplex est entitas. Quedam vocat quidditatiua et est illa que est coicabilis plurib9 in quid vt est spes. Alia est entitas hypostatica et est que est omnib9 incoicabilis et vt qd et vt quo. ¶ Et pro declaratione horu ponuntur queda propositiones: quaz prima est. Nulla differetia indiuidualis e entitas quidditatiua patet: quia omnis talis est incoicabilis. ¶ Scda est. Nulla differentia indiuidualis est de quidditate alicuius. Huic dicto psonat coe dictu logycoz scz qz soli9 vlis est diffinitio. si em differetia indiuidualis esset entitas qdditatiua daret etia ee qdditatiuum et si sic daret etia ee diffinitiuu. Ex quo sequit correlariu. ¶ Nullu indiuiduu diffinitur proprie diffinitioe quidditatiua alia a diffinitione quidditatiua sue spei. ¶ Sequunt alia ppositiones de entitate hypostatica. ¶ Prima e. Quelibet dfia indiuidual de gne sube est entitas hypostatica. Dico notater de gne substantie qz dfe indiuiduales aliarum generu comunicabiles sunt vt quo

Scđa est. Paternitas filiatio et spira/
tio passiua in diuinis sunt entitates hy
postatice ꝛ nõ entitates quidditatiue qꝛ
sunt oĩno incõicabiles ꝛ vt quo ꝛ vt ꝙ
¶ Dicebatur secũdo in descriptione di
stinctionis essentialis ꝙ sit inter duas es
sentias positiuas. Ex quo inferunt ali/
qua correlaria. ¶ Primum est. Ubicũ/
ꝗ nõ sunt due entitates positiue ibi nõ
est distinctio essentialis. ¶ Scđm est.
Nullus habitus distinguitur essentia/
liter a sua priuatione vt visus a cecitate
auditus a surditate quia nõ sunt entia
positiua sed semper vnũ est priuatiuũ.
¶ Ubi sciendum ꝙ lata est differẽtia in
ter has locutiones dicendo sic. Ista non
sunt idem essentialiter ꝛ ista differũt es/
sentialiter: quia priuatio ꝛ habitus non
sunt idem essentialiter et tamen non di/
stinguunt essentialiter: ꝛ per consequẽs
non sequitur illa non sunt idem essenti/
aliter igitur distinguuntur essentialia/
liter licet econtra bene valeat illa distin
guuntur essentialiter ergo non sunt idẽ
essentialiter. Differunt ergo non eẽ idẽ
essentialiter ꝛ distingui essentialiter si/
cut superius ꝛ inferius. Cum a non esse
idem essentialiter non conuertatur sub/
sistendi ꝯsequẽtia. ¶ Terciũ est. Nullũ
ens distinguitur essentialiter a non en/
te patet qꝛ illa duo non sunt entia posi/
tiua. ¶ Quartuꝫ est. Ex quo infertur
aliud inter cõtradictoria non est distin/
ctio essentialis quia semper alterum ex/
tremorum est nihil. ¶ Contra ista cor/
relaria arguitur. ¶ Antixp̃us ꝛ rosa in
esse cognito distinguuntur essentialiter
ꝛ tñ nõ sunt entitatis positiue quia nul
lum istorũ habet existentiã realẽ. ¶ Rñ
deo antixp̃s ꝛ rosa in esse cognito cõ mõ
distinguunt quo sũt entia nã sunt entia
in esse cognito in tali esse etiã distinguũ
tur. Illa tamen distinctio non est rela/
tio realis ꝛ per ꝯsequẽs ꝓprie loquendo
non distinguunt realiter: ergo nec eẽnti/
aliter. Qđ autem inter ista nõ sit distin
ctio realis seu relatio realis: patet quia
relatio realis actualis semper requirit
duo extrema in actuali existentia reali/
ter distincta nullũ aũt illoꝝ extremorũ
existit realiter in actuali existentia. Itẽ
ꝙ hec sit falsa antixp̃us ꝛ rosa in esse co/
gnito distinguunt: patet eam exponẽdo
sic eñ debꝫ exponi hec ꝓpositio antixp̃s
differt a rosa. Antixp̃s est ꝛ rosa est ꝛ an
tixp̃s non est rosa sed prime due exponẽ
tes sunt false: igitur ꝛc. Si aũt queras
qualis est talis relatio si non est realis
immo videt ꝙ sit realis qꝛ si nullus in/
tellectus eẽt antixp̃s nõ est rosa: ꝛ sic dif
fert a rosa ergo talis relatio non est ra/
tionis cũ nõ causet ꝑ actũ intellectus si
ergo nõ sit relatio rõnis sequit ꝙ sit re/
latio realis ¶ Rñdeo ꝙ talis relatio nõ
est realis. põt igit dici relatio rõnis non
quidẽ positiue sic scꝫ ꝙ sit fabricata per
actũ intellectus vt deducit argumentũ
Sed est relatio rõnis priuatiue siue ne
gatiue. i. nõ est relatio realis. ¶ Pro cu/
ius declaratione sciendum est ꝙ relatio
rationis sumit dupliciter. Uno mõ po/
sitiue ꝛ est illa que est fabricata ꝑ actuꝫ
intellectus cõpatiuũ seu collatiuũ: ꝛ sic
oẽs intẽtiones scđe dicunt relationes rõ
nis positiue. Alio mõ priuatiue siue ne
gatiue ꝛ sic oĩs relatio ꝗ nõ est realis dĩ
rõnis vbi grã vt relatiões rerũ in eẽ co/
gnito: sitr relatio identitatis ꝗ aliq̃ res
est eadẽ sibiipsi. Nulla ei res distinguit
realit a se ipa cũ ipa res nõ sit duo extre
ma realiter distincta ꝗ tñ requirunt ad
relationẽ realẽ ꝛ ꝑ ꝯñs talis idẽtitas nõ
est relatio realis. Nec tamen est relatio
rõnis positiua qꝛ si nullus intellect⁹ eẽt
adhuc sortes eẽt idẽ sibiipsi ꝗ nec est fa/
bricata ꝑ actũ cõpatiuũ itellect⁹. cessan
te eñ omi ope intellect⁹ adhuc sortes est
idem sibiipi. est ꝗ talis relatio rõnis pri
uatiue seu negatiue hoc est non est rea/
lis. i. inter extrema realiter distincta et
realiter in rerum natura existentia.
¶ Ad relationem realẽ tria requirũtur

¶ Primū ꝙ habeat extrema realia ⁊ rea
liter existentia defectu cuius inter rosaȝ
in hyeme non existentē ⁊ antixp̄m in esse
cognito non est relatio realis siue distin
ctio realis cū non sit inter extrema realr
existentia. Non enī oportet ꝙ in esse co/
gnito res habeat actualem existentiā.
¶ Scd̄m est ꝙ illa extrema sint realr di
stincta defectu cuius inter habitū ⁊ pri
uationē silr inter extrema contradicto/
ria non est relatio realis q̄ illa non sunt
realiter distincta sicut res ⁊ res: similit
identitas eiusdem ad seip̄m non est rela
tio realis cū ibi non sint duo extrema re
aliter distincta. ¶ Terciū ꝙ ex natura
extremoꝝ.i.fundamenti ⁊ termini oria/
tur talis relatio absq; ope alterius po/
tentie cōpantis vnum extremū alteri ex
tremo defectu cuius inter deū ⁊ creatu/
ram non est relatio realis: ptȝ q̄ oīs ta
lis relatio est vel fit per actuȝ cōpatiuū
intellectus cōpantis vnū ad reliquū.
¶ Dicebatur tercio in descriptione di/
stinctionis essentialis quarū vna vere ne
gatur de alia. Ista particula ponit pro
pter aliquos dicētes essentiā ꝓprie pas/
sionis distingui essentialiter ab essentia
sui subiecti: hi aūt formalisantes falsuȝ
dicunt: Ideo ponende sunt aliq̄ regule.
¶ Prima. Oēs spēs spēalissime eiusdē
generis generalissimi siue generis subal
terni distinguunt essentialiter. Patȝ hec
ꝓpositio vel regula apud omnes: Nam
q̄dlibet genus diuiditur per suas diffe/
rentias formales quarū quelibet consti
tuit aliam ⁊ aliam speciē ideo tales spe
cies sic constitute distinguunt essentiali
ter verū tamen quidā negant hāc regu/
lam de speciebus diuersorū generū gene
ralissimoꝝ seu diuersorū p̄dicamentorū
vt patebit infra. ¶ Scd̄a regula. Oia
predicamenta distinguunt essentialiter
q̄ fm Themistium essentie predicamē
torum sunt impmixte hoc aūt sine glo/
sa intelligendum est ꝙ essentia vni⁹ pre/
dicamenti non sit essentia alterius pre/
dicamenti: igitur essentialiter ab inuicē
distinguuntur. ¶ Contra hoc arguitur
Scientia: vicium: virtus ⁊ huiusmodi
ponuntur in diuersis predicamentis: si
autem predicamenta sunt realiter ⁊ eēn/
tialiter distincta sequit ꝙ idem in diuer
sis predicamentis positum: distinguat
a seipso sed hoc est falsuȝ ergo ⁊ illud ex
quo sequitur. Respondeo. Scientia vi
cium virt⁹ intellectio visio ⁊ sic de alijs
sunt simpliciter entia per accn̄s ⁊ per cō
sequens: vt sic in nullo sunt p̄dicamēto.
Ipsa eni includunt vtrūq; scȝ respectū
⁊ qualitatē qui quideȝ respectus ⁊ qua/
litas denominata realiter ⁊ essentialiter
distinguunt ab inuicem vnde qualitas
illa denominata ponitur in predicamen
to qualitatis sed denominans qualita/
tem in genere relationis vel actionis: et
sic de alijs fm exigentiā. Et illa duo scȝ
qualitatem denominatā ⁊ relationē po
test deus ab inuicem separare immo vt
aliqui volūt possit deus illud absolutū
sine tali respectu in lapidē ponere. Un/
de si deus absolutū scientie ip̄ius vel vi
sionis poneret in aliquo sine tali respe/
ctu iam talis homo haberet verā entita
tem absolutā scientie.i. qualitatē deno/
minatā. Non tn̄ sequitur ex hoc ꝙ talis
aliquid sciret vel videret q̄ talis quan
titas careret respectu denominātē q̄ re/
spectus dicitur attingentia per eū enim
attingitur obiectū cognituȝ siue scibile
siue visibile. ¶ Ex predictis igitur ptȝ
ꝙ nullum vnum per se potest poni in di
uersis predicamētis. ¶ Cōtra hoc obij/
citur: phs in predicamentis dicit nihil
prohibet idem in pluribus generibus
nunciare vbi videtur velle ꝙ nō sit incō
ueniens idem poni in diuersis predica/
mentis. Respōdetur autoritas phi non
habet intelligi de aliquo per se vno sed
bene de aliquo vno per accidens: potest
enim illud poni in diuersis predicamē/
tis sicut declaratum est in solutione pre
cedentis argumenti.

¶ Tercia est. Omne illud qd dependet essentialiter ab alio distinguit essentiali ter ab illo sine quo etiã non põt esse sine ɔtradictione. Pro quo notandũ ꝙ non est inconueniens aliqua realiter ꝛ essen/tialiter distincta per nullã potẽtiã posse ab inuicẽ separari vt est totũ essentiale re/spectu suarũ partiũ quare conuicit se/parabilitatẽ non esse causam p̃cisam di/stinctionis essentialis male ergo vel in/sufficienter dicunt illi formalisantes: il/la distinguunt essentialiter que possunt ab inuicẽ separari. ¶ Quarta est. Om/ne creatũ essentialiter dependet a deo si/ne quo nulla creatura põt esse absq̃ cõ/tradictione. Probat quia essentialis de pendentia (fm docto. subti. in tractatu de p̃mo principio) Est illa qua depen/dens non põt esse absq̃ illo a quo depen det. Sed manifestũ est omnẽ creaturaꝫ essentialiter dependere a deo: ergo nul/la creatura põt esse sine essentiali depen dentia ad deũ: immo implicat contradi ctionẽ ꝛ tñ deus ꝛ creatura distinguunt essentialiter igit diffinitio illoꝝ formali santiũ data de distinctione essentiali est insufficiens. ¶ Quinta est. Omne ens creatũ continue dependet essentialiter a deo. Nõ solum in essendo verũetiam in conseruando. ¶ Sexta est. Omne totũ essentiale dependet essentialiter a mate/ria ꝛ forma: igit essentialiter distinguit ab eis ꝛ tñ totum essentiale non põt esse sine suis partibꝫ essentialibꝫ: immo deus non põt facere hoiem sine materia ꝛ for/ma. ¶ Septima est. Omne totum inte/grale dependet essentialiter a suis parti bus integralibꝰ principalibꝫ. Dico no/tanter a partibꝫ integralibꝫ p̃ncipalibꝰ quia totum integrale nõ dependet essen tialiter a partibꝫ integralibus minꝰ p̃n/cipalibus. Ex hac regula sequunt aliq̃ correlaria. Deus posset facere hominẽꝫ sine manibꝫ ꝛ pedibus quia homo nõ de pendet essentialiter ab illis cum nõ sint partes p̃ncipales sed minꝰ principales.

¶ Deus nõ potest facere de potẽtia sua absoluta ꝙ hõ viuat sine capite corde ꝛ cerebro posito quod ille sint partes inte grales principales aialis viuentis vita sensitiua ꝛ rõnali quia ab illis animal si ue homo essentialiter depẽdet. Ex quo sequitur falsitas aliquoꝝ predicatorũꝫ asserentiũ beatam katherinã de senis or dinis eorum vixisse sine corde ꝓprio: qꝛ ipsa dederat christo cor suum ꝛ ꝙ xp̃us cor suum proprium qd habuit in carne dederat beate katherine. Falsitas autẽ probat: quia cor est pars integralis p̃n/cipalis aialis: igitur animal non potest esse sine illo per quãcunq̃ etiã potentiã propter dependentiã essentialem.

¶ Cõtra correlaria arguitur. Aliquis potest viuere sine capite: ergo etiam sine corde quia vtrumq̃ est pars integralis principalis. Antecedẽs probatur. quia sanctus dionysius ꝛ sanctus Albanus post decollationẽ receperunt capita sua in manus suas et ambulabant per ma/gna terrarum spacia puto dionysius ꝑ duo miliaria donec locum sepulture at/tigit: igit sine capite illi viuebant. ergo antecedens verum. ¶ Respõdeo ꝙ añs est simpliciter falsuꝫ. Ad probationem autem de sanctis dionysio ꝛ Albano di co ꝙ non vixerunt post decollationẽ sed fuerunt mortui ꝛ qd dicitur ambulaue/runt per magna terrarum spacia dico ꝙ illa progressio non erat naturalis nec per ipsos viuentes fiebat: sed angelico ministerio: possunt enim angeli tam bo ni q̃ꝫ mali corpora mouere immo etiam assumere et in illis motum progressiuũ causare. ¶ Ex predictis possunt inferri plura correlaria contra descriptionem distinctionis essentialis ab illis forma/lisantibꝰ datam. Quoꝝ primũ est tale.

¶ Omnis causa in actu distinguit essen tialiter a suo effectu in actu ꝛ tamẽ vnũ ipsoꝝ non põt esse sine alio.

¶ Scdm est. Omnis relatio distinguit essentialiter a sua correlatione et tamen

non potest esse sine ea. Quod distinguantur essentialiter patet presertim in relationibus disquiparantie in creaturis quia tales semper differunt specie: igitur essentialiter sicut enim homo et asinus differunt specie ita paternitas et filiatio in genere relationis. ¶ Tercium est. Nulla relatio intrinsecus adueniens potest esse sine fundamento et termino: et tamen distinguitur essentialiter ab illis: ergo male dicunt illi formalisantes quod solum illa distinguuntur essentialiter que per aliquam potentiam possunt separari ab inuicem. ¶ Quartum est. Manifestum est quod relatio extrinsecus adueniens distinguitur realiter et essentialiter a fundamento et termino et tamen talis relatio non pot esse sine illis: igitur insufficienter definiunt illi formalisantes distinctionem formalem. Pro intellectu huius notandum est quod relatio est duplex quedam ¶ Quedam est intrinsecus adueniens et est illa que necessario sequitur positis fundamento et termino: vt sunt omnes relationes de predicamento ad aliquid: vt impossibile est esse duas albedines etiam si esset vna in celis: alia vero in inferno qui sine similes realiter. ¶ Alia est relatio extrinsecus adueniens et est illa que non necessario sequitur positis fundamento et termino vt est actio et passio et alia genera relationum preter ad aliquid. Nam non necessario sequitur actio positis agente et passo. sed adhuc preter illa requiritur aliquid intrinsecum scilicet debita approximatio. Nam ignis si poneretur in stuba et ligna in coquina non sequeretur immediate actio id est combustio sed si deberet fieri combustio oportet quod illa approximentur. ¶ Quintum est. Omne totum essentiale distinguitur essentialiter a suis partibus probatur: quia omnis effectus distinguitur realiter a suis causis patet ex diffinitione cause. Sed partes essentiales sunt cause sui totius igitur etc. ¶ Confirmatur in morte hominis ipsa humanitas veraciter destruitur et tamen corpus et anima manent sicut patet in morte christi et eius resurrectione. Nam in triduo fuit vere mortuus et tunc non fuit homo et tamen tam corpus quam anima veraciter manebant igitur humanitas christi distinguitur essentialiter a suis partibus essentialibus et tamen notum est quod totum essentiale non pot esse sine suis partibus essentialibus et per consequens diffinitio horum formalisantium est insufficiens quare etc.

Distinctio se totis subiectiue secundum formalisantes sic diffinitur et male. Est illa que est inter aliqua duo extrema quorum realitates sunt distincte et ab inuicem separate in actuali existentia loco et situ ita quod non conueniunt in aliqua realitate subiectiua seu in actu existendi vt sunt duo indiuidua eiusdem speciei. Ex qua diffinitione inferunt aliquas propositiones multas falsitates in se continentes: quarum prima est talis.

¶ Prima est. Nunquam distinguuntur aliqua se totis subiectiue nisi sint actualiter separata in actuali existentia loco et situ. Distinctio se totis subiectiue differt a distinctione reali et essentiali per hoc quia non oportet quod in distinctione essentiali aut reali extrema sint actualiter separata loco et situ vt patet de corpore et anima que sunt realiter distincta etiam cum non sint separata sed vnita: sed ad distinctionem se totis subiectiue requiritur quod extrema sint actualiter separata.

¶ Secunda est. Quamdiu corpus et anima sunt simul vnita: non sunt se totis subiectiue distincta: sed tunc solum quando sunt actualiter separata.

Tercia est. ¶ Quandoque aliqua sunt aliquo tempore se totis subiectiue distincta que tamen alio tempore non sunt se totis subiectiue distincta. Exemplum corpus et anima quando sunt actualiter vnita sunt idem se totis subiectiue sed quando sunt separata in actuali existentia tunc sunt se totis subiectiue distincta. sic etiam est de al-

bedine z substātia panis invenerabili sacramēto altaris. ¶ Jlla dicunt̄ cōuenire in aliqua realitate subiectiua q̄ cōueniunt in aliq̄ actu existendi. Uñ realitas subiectiua nō ē aliud nisi aliqs actus existendi sic igit̄ s̄m illos formalisantes et etiā Thomistas qñ accidēs z subiectū sunt actualit̄ vnita hñt eundē modū existendi. Uolūt em̄ q̄ accidēs nō habeat aliud esse ab esse subiecti sui: qñ accidēs z subiectū sunt vnita q2 accidēs est ideo ens q2 entis sc3 subiecti. Qñ aūt sunt separata sicut in sacro eukaristie tūc accidenti ɔuenit aliud esse supnaturalit̄ ab eē sui subiecti. Sed h̄ ē manifeste falsū q2 esse essentie z esse existentie sunt idem essentialr̄ z realr̄. cum g̃ accidēs habeat aliud esse a s̄ba sequtur q̄ habeat aliud eē existentie: z p ɔñs non hñt eundē actum existendi. ¶ Contra istam descriptionē3 Ostendo q̄ mod⁹ dicendi illoꝝ ē incōueniens z falsus. Pro q̄ sciendū q̄ refert dicere. s. lata ē dr̄ia aliq̄ distingui seipsis z se totis. Nā illa sunt distincta se totis q̄ i nullo cōceptu q̄dditatiuo ɔueniūt z dicunt̄ distingui se totis q2 s̄m qdlibet qd hñt distinguunt̄ z in nullo ɔueniunt Jlla autē dicunt̄ distingui seipsis q̄ distinguunt̄ p naturas suas ꝑprias vel p ꝑprios suos ɔcept⁹ vel p intrinseca realr̄ ipsis idēptificata. Exēplū p̄mi natura est ipsamet q̄ distinguit̄ seipsa a q̄cunq3 alia. Exēplū scdi vbi sc3 aliq̄ distinguūtur p aliq̄ intrinseca ipsis realr̄ idēptificata vt hō z asinus distinguunt̄ p suas differētias essentiales q̄ sunt realr̄ cum ipsis. ¶ Si queras distinguunt̄ne hō et asin⁹ seipsis. Rñdeo q̄ sic q2 distinguūt̄ p suas dr̄ias ꝑprias z essentiales q̄ differentie sunt illis realr̄ idēptificate z sunt realr̄ ipsemet hō z asin⁹. s. q̄ dr̄ia hoīs ē ipsemet hō: z dr̄ia asini ē ipēmet asin⁹ realiter z eēntialr̄. Ex q̄ g̃ distinguunt̄ p aliq̄ q̄ sunt ipsamet realr̄ sequtur q̄ seipsis distinguunt̄. Sed tñ hō z asin⁹ nō distinguunt̄ se totis q2 cōueniūt in aliquo ɔceptu q̄dditatiuo i ɔceptu puto aīalis quē ɔceptū includūt in p̄mo mō dicēdi p se. Pro hui⁹ distinctōis declaratōne z opiniōis improbatōe ponēde sunt aliq̄ ꝑpositōnes p ordinē. Quarū p̄ma ē tal̄. ¶ Quecūq3 distinguunt̄ se totis distinguunt̄ seipsis sed nō ecōtra. p3 q2 q̄cūq3 distinguunt̄ se totis distinguunt̄ p ꝑprias naturas igit̄ seipsis. Sed vltra h̄ nō ɔueniunt in aliq̄ ɔceptu q̄dditatiuo ɔtrahibili. ¶ Distinctio se ipsis in plus se h3 q̄3 distinctio se totis vt p3 ex p̄cedenti ꝑpositione. Ubi notandū q̄ moderni dicunt. Oia q̄cunq3 realr̄ z essentialr̄ distincta seipsis esse distincta. vt asinus distinguit̄ a leone. Si q̄rat̄ leo a boue per quid? dicūt seipso. hō distiguit̄ ab asino p quid? seipso. z sic de aliis. z si itelligūt ipsi moderni hoc dictū modo sup̄dicto optime z egregie loquuntur. Nec discordant a nobis in hac pte. Si aūt aliter intelligant z negāt aliq̄ distingui se ipsis sic. videlicet p dr̄ias essentiales realr̄ ipsis naturis idēptificatas z formalit̄ ab ipsis distinctas falsum dicūt. ¶ Omne simpl̄r simplex. s. q̄cunq3 distinguit̄ se totis distinguitur. Omne simpl̄r simplex aut totaliter scitur aut totaliter ignoratur. Patet quia omne tale non habet nisi ɔceptū simpl̄r simplicē z irrisibilē z nō h3 partē z partē igit̄ p ɔñs non pōt sciri p vna parte: et pro altera ignorari aut g̃ totalr̄ scit̄ aut totalr̄ ignorat̄ quia i possibile est eundē conceptū simpl̄r simplicem sciri et ignorari hoc em̄ esset opositū primi principii. Jlla dicūt̄ distingui se totis subiectiue que in nulla realitate potenciali cōtrahibili ad ipsa per aliqs realitates ɔueniunt vt deus z creatura q̄ in nullo ɔceptu potenciali. i. generico vel specifico contrabili ɔueniūt. ¶ Jlla dicunt̄ eadem se totis subiectiue que in aliqua realitate potētiali contrahibili ad ipa p aliqs alias realitates cōueniunt: vt homo z asinus cōueniunt in conceptu aīalis qui est cōtrahibilis ad

ipsa p aliqs realitates id est differētias specificas z formales. ¶ Pro maiori intellectu predictorū q̄tum ad propositū sufficit Sciendum est q realitas est duplex scz Potentialis seu ɔtrahibilis z il la est duplex scz Generica z Specifica. ¶ Generica est illa a qua sumitur cōceptus generis siue ḡnalissimi siue generis subalterni vt sunt oia in recta linea p̄dicametali p̄ter spēmspecialissimā z indiuidua. ¶ Sed realitas ɔtrahibilis specifica est illa que per differētias indiuiduales immediate cōtrahiť ad indiuidua sicut est q̄libet spēsspecialissima. ¶ Alia est realitas ɔtrahens z actualis sicut sunt dr̄e specifice z indiuiduales z talis etiā est duplex.s.specifica z idiuidualis ¶ Specifica est differentia specifica contrahēs naturā genericā constituēdo speciem et talis diciť differentia formalis. ¶ Sz realitas contrahēs indiuidualis est illa q̄ ɔtrahit spēmspecialissimam constituendo indiuiduū z talis differentia dr̄ materialis quia constituit rem in vltimo eē subijcibili. ¶ His p̄missis ponitur alia propositio seu regula q̄ in ordine est septima scz Quecūq dicunť species eiusdem generis semp conueniūt in realitate potentiali ɔtrahibili ad ipsas per aliquas alias realitates. ¶ Unde nota q realitas subiectiua nihil aliud ē q̄ʒ aliqua realitas potentialis ɔtrahibilis generica vel specifica. Prima scz generica est cōis specieb⁹. Scd̄a aūt scz specifica est cōis plurib⁹ indiuiduis. Et dicitur realitas subiectiua ideo qz ſm cōe dictū logicoꝝ genus habet se vt materia respectu differētie q̄ se habet vt forma z sic sicut materia est subiectum forme z potētialis ad formā sic etiā gen⁹ est potētiale et indifferens respectu differētie. Nā animal est indifferēs ad ɔtrahendū per rōnale vel irrōnale. Et ideo diciť realitas potētialis sed qz differētia constituit talem naturā siue realitatē in esse subijcibili: ergo illa realitas dicitur subiectiua. ¶ Sequitur correlarie q illa consequentia non valet homo z asinus sunt idem se totis subiectiue ergo sunt idem quia identitas subiectiua dicit identitatem ſm quid. Idem aūt per se positū .i. sine addito importat identitatē simplr igiť ibi cōmittiť fallacia ſm q̄d ad simpliciter arguēdo ab identitate ſm quid ad identitatē simpliciter. ¶ Oēs species eiusdē generis sunt eedē se totis subiectiue.patet quia cōueniunt in aliq̄ realitate potentiali cōtrahibili per alias realitates ad ip̄as. ¶ Omia indiuidua alicuius spēi sunt eadē se totis subiectiue,ppter eandē rōnem quia oia indiuidua eiusdē speciei cōueniūt in realitate potentiali contrahibili ad ip̄a. ¶ Omnis realitas seu entitas generica vel specifica z sola talis diciť realitas subiectiua:patet quia sola talis est ɔtrahibilis per differentiā formalē vel materialem ¶ Pro declaratione predictorum est notandū q differētia est duplex quia quedam dicitur Differentia specifica vl' formalis est illa que diuidit genus z cōstituit spēm vt rōnale z irrōnale diuidunt animal z constituūt spēs diuersas: rōnale enī constituit hoiē. irrōnale aūt brutum. ¶ Differētia indiuidualis seu materialis est illa q̄ diuidit spēmspecialissimā z ɔstituit indiuiduū illius speciei. Differunt aūt differentia specifica siue formalis et dr̄ia materialis siue indiuidualis. ¶ Differētia eīm specifica sp est de q̄dditate illius qđ constituit qz dicit partē formalē q̄dditatis spēi z est cōicabilis. ¶ Differētia aūt indiuidualis nō est de q̄dditate illius qđ cōstituit.s. ipi⁹ indiuidui nec dicit partē formalē q̄dditatis indiuidui:z est incōmunicabilis. ¶ Differētia vltima specifica sp ɔuertiť cū spē specialissima quā ɔstituit. ¶ De⁹ z creatura distinguunť se totis subiectiue qz in nulla realitate potētiali ɔtrahibili ad illa p alias realitates ɔueniūt et lz ɔueniāt in aliq̄ conceptu q̄dditatiuo

puta entis non tñ sequit͛ q̄ sint idē se to/tis subiectiue q2 cōceptus entis non est potētialis ꝯcept⁹ ꝯtrahibilis p aliq̄s drias specificas vl' indiuiduales sicut ꝯcept⁹ gñis vel spēi s3 est tm̄ ꝯtrahibilis p modos intrinsecos sc3 p īfinitatē z finitatē oīs aūt realitas subiectiua est realitas ge/nerica vel specifica ꝯtrahibilis p drias for/males vl' materiales cuiusmodi nō ē cō ceptus entis. ¶ Oia pdicamenta distin guunt͛ se totis subiectiue pat3 q2 in nul lo ꝯceptu potētiali ꝯtrahibili p alias reali tates ad ipa conueniūt. ¶ Sapia boni/tas scientia iusticia z q̄cunq̄ attributa in diuinis distinguunt͛ se totis subiecti/ue. pat3 q2 in nullo ꝯceptu generico vel specifico ꝯueniūt cū neq̄ de⁹ neq̄ aliqd aliud in deo sit reponibile in aliq̄ pdica mento. ¶ Pater fili⁹ z spūssctūs in diui/nis distinguunt͛ se totis sbiectiue pt3 q2 i ullo ꝯceptu potētiali ꝯtrahibili ꝯueniūt. ¶ Corpus z aīa nō plus distinguunt͛ qñ sunt separata q̄3 qñ sunt vnita sed sp disti guunt͛ se totis subiectiue q2 nō ꝯueniūt in aliq̄ realitate potētiali ꝯtrahibili ad illa non em̄ ꝯueniūt in realitate generica vl' specifica cū aīa nec sit gen⁹ nec in gñe ni si reductiue. Sic etiā corp⁹ qd est pars materialis z essentialis spi⁹ cōpositi nō est gen⁹ neq̄ in aliq̄ gñe directe s3 tm̄ re ductiue. Quāuis corp⁹ qd est q̄dā qd/ditas z realitas ꝯstituta p gen⁹ et dria3 formalē sit in gñe substātie de illo tñ in ꝓposito nō est sermo s3 solumō de corpe qd est altera ps cōpositi ipius. ¶ S3 ꝯ͛ arguit͛. Aīa est spēs g̃ est in gñe. Añs p bat͛: q2 oē illud est spēs qd pdicat͛ de plu ribꝰ differētibꝰ nūero i eo q̄ qd est: s3 aīa est huiusmōi: igit͛ aīa ē spēs: maior ē ma nifesta: minor p bat͛: q2 aīa pdicat͛ de ista aīa z de illa aīa dicēdo hec ania est aīa z illa aīa est aīa z ille pdicatōes sūt q̄ddi/tatiue g̃ zc. ¶ Rñdeo q̄ spēs est duplex q2 Quedā dr subiicibilis z est illa q̄ po/nit͛ sb assignato gñe. Et ista spēs ēentia/liter importat respectū ad gen⁹. p ipm̄ em̄ gen⁹ spēs diffinit͛ ideo talis spēs est ge nerica. ¶ Alia est spēs q̄ dr pdicabilis z est qd pdicat͛ d pluribꝰ nūero differētibꝰ in eo q̄ qd: tal' spēs nō dicit ēentialiter respectū ad gen⁹ s3 ad ipa indiuidua et illa spēs nō est generica. Et illo mō ꝯce/do q̄ aīa z corpus sunt spēs nō aūt pmo mō: iō nō sequit͛ sūt spēs g̃ sunt in gñe cū nō oportear illā spēm esse in gñe q̄ nō h3 essentialē habitudinē ad ipsum genus. ¶ Accidēs z suū subiectū nō mag3 diffe rūt qñ sunt separata q̄3 qñ sunt vnita q2 q̄ litcūq̄ se habeāt nō mag3 ꝯueniūt i aliq̄ realitate subiectiua vno mō q̄3 alio mo nūq̄3 em̄ etiā vnita ꝯueniūt in aliq̄ cōce/ptu generico vel specifico igit͛ nunq̄3 sūt idē se totis sbiectiue. ¶ Queciiq̄ entia realr et essentialr ab inuicē distincta sp hñt duas existētias q2 hñt duas ēentias et cū esse essentie z esse existentie sint idē realiter sequit͛ q̄ albedo z suba corp⁹ et aīa siue vnita siue separata cū habeant di/uersas essentias etiā habeāt diuersas ex istentias g̃ nō ꝯueniūt in aliq̄ actu exi/stēdi qñ sūt vnita magis q̄3 cū sīt separata. ¶ Quālibet entitatē mūdi sequit͛ suum ꝓpriū esse: s3 q2 eē essentie z esse existētie sunt idē realiter g̃ oīa illa q̄ hñt diuersa esse hñt diuersas existētias. ¶ Sicut in xp̄o sunt duo esse sc3 hoīs z dei ita sūt etī am ibi due existentie z p ꝯñs illa duo eē nunq̄3 ꝯueniūt in aliq̄ actu existēdi.

Distinctio se totis obiectiue est illa q̄ est inter aliqua duo extrema q̄ in nullo cōceptu q̄dditatiuo conueniunt. ¶ Pro cuius descriptionis declaratione est sciendū vlterius q̄ conceptus est du plex sc3 obiectiuus siue q̄dditatiuus q̄ est ipsa res vel quidditas concepta siue obiectiuū cōceptū. ¶ Qualificatiu⁹ est ipamet intellectio siue actus intelligen di q̄ actus est q̄litas de q̄litatis gñe z di citur q̄lificatiuus quia ipse est natura qualitatis z de pdicamento qualitatis. ¶ Pro maiori declaratione ponēde sūt alique regule seu propositiones quarū

prima est talis. ¶ Omnes differentie vltime distinguunt se totis obiectiue: pz qz in nullo 9ceptu quidditatiuo conueniunt cum habeant conceptus simplr simplices. ¶ Notandū q multū refert dicere ¶ Illa sunt differentia qz sm phm. x. metaphisice. illa sunt dña que in aliquo conueniūt z in aliquo differunt qz sunt diuersa alicui idem entia. i. in aliquo diuersa z in aliquo conueniētia: vt sortes z plato. ¶ Sed illa sunt diuersa que scz in nullo cōceptu quidditatiuo cōueniunt Exemplū pmi: vt sortes z plato differūt p suas dñas indiuiduales z 9ueniūt in hūanitate. Exemplū scdi vltime dñe tā formales q̄ materiales z specifice sūt inter se diuersa qz in nullo conceptu quidditatiuo conueniūt cū habeāt cōcept⁹ simpliciter simplices. Qd aūt due vltime dñe habeāt concept⁹ simplr simplices. Probat: qz nō cōueniūt in aliq̄ cōceptu quidditatiuo. Nō eni cōueniūt in ente qz si sic nō eēnt diuerse sz eēnt differētes qz tā in aliq̄ cōuenirēt z in aliq̄ differrent. ¶re zc. ¶ Vñ sequit q illa est cōcedēda sm aliq̄s logicos. Aliq̄ inc̄ptū dñt cōueniūt. Rō est qz natura differentiū ē q in aliq̄ cōueniūt igit inc̄ptū differūt conueniūt ¶ Est tñ aduertendū q ly inc̄ptū nō sumit propriissime z simplr reduplicatiue sz mag̃ gra 9comitātie: vñ si aliqua dñt necessario z ex cōseq̄nti etiā cōueniūt. ¶ Ex his inferunt duo correlaria. Primū est. Duo 9dictoria nō dñt: qz in nullo cōceptu quidditatiuo conueniunt. ¶ Scdm ē. Wernherus z chimera nō dñt ,pter eandē rōnē. ¶ Scda est. Oēs ,pprie passiones siue entis siue inferioris ad ens distinguunt se totis obiectiue qz i nullo cōceptu quidditatiuo z cōi conueniūt cū habeāt cōcept⁹ simplr simplices. ¶ Tercia ē. Nulla ,ppria passio cuiuscūq siue entis siue inferioris ad ens est in aliq̄ p̄dicamēto qz hz conceptū simplr simplicē. ¶ Quarta est Essentia diuina z oia attributa sua distinguunt se totis obiectiue qz in nullo 9ceptu cōi z quidditatiuo cōueniūt cū nullū attributū sit ens formalr z quidditatiue ¶ Quinta ē. Quecūq entia cōceptū simplr simplicē hñtia distinguunt se totis obiectiue ¶ Sexta ē. In quibuscūq gen⁹ z dña sumunt ab alia z alia forma: siue ab alia z alia re: illa dña non est vltia. Si aūt sumat ab alia z alia realitate illa dña q̄ sumit ab vltima realitate forme est vltia. Exēplū si in hoie tres aie sint realr distincte. s. aia sensitiua: aia vegetatiua et aia intellectiua: tūc cōcept⁹ gnis sumit ab aia sensitiua cū anial sit corp⁹ aiatū sensibile. Differētia aūt specifica. s. rōnalitas sumit a forma vltima scz aia intellectiua vel rōnali cū hō sit anial rōnale. Et vt sic talis dña scz rōnalis non erit vltima: qz sicut ens quidditatiue dī de illa parte essentiali a qua sumit dña talis specifica: sic etiā dī in qd de tali dña in abstracto. Sicut g̃ illa est quidditatiua aia intellectiua est ens sic etiā illa est quidditatiua rōnalitas est ens: sed nulla talis dña est vltima: qz in tali 9tinent plures realitates ex natura rei distīcte z formaliter. Et tūc talis natura pōt cōcipi sm aliquā realitatē z sm aliquā ignorari: ideo talis differentia nō habet conceptum simplr simplicē et irresolubilē in aliquos conceptus priores. Differentia aūt que sumit ab vltima realitate seu pfectione realitatis nature est simplr vltima z omnino simplr simplex qz talis realitas a qua sumit est vltima z simpliciter simplex que nō includit ens quidditatiue sed hz cōceptū simplr simplicē. vñ vocet talis realitas. A hec non est in qd a est ens sed est quasi per accidēs, siue a dicat illam realitatē seu differentiaz in abstracto sumptaz a tali realitate dñe. Qd autem dñe vltime habeant conceptus simpliciter simplices: patet quia si due differentie vltime includunt ens quidditatiue manifestum est q nō sunt omnino idem: ergo sunt diuersa alicui.

aliqd idē entia ꝛ talia ꝓpria dicunṫ dr̃ia sicut pꝫ ex p̃cedentibꝰ qꝛ in aliq̃ ꝯueniūt puta in ꝯceptu entis ꝛ sic aliq̃ differunt q̃ erūt differētes ꝛ p ꝯsequēs alijs differentijs differūt ¶ Tūc q̃ro de illis differētijs q̃bꝰ differunt sicut de priorībꝰ: an sint simpliciter diuerse siue an habeant cōceptus simpl'r simplices. Si sic habetur ꝓpositū ꝙ standū est ad aliq̃s differentias nihil q̃dditatiue includētes ꝛ cōceptus simpliciter simplices hn̄tes q̃ dicunṫ vltime dr̃ie. Si aūt nō sunt simpliciter simplices tūc de eis sicut de priorībꝰ ꝛ sic aut stabiṫ ad aliquas dr̃ias ꝯceptꝰ simpl'r simplices hn̄tes que erūt vltime aut erit ꝓcessus in infinitū ꝙ est incōueniens. ¶ Notandū ꝙ nō videṫ esse de intentione docto. subti. vel eius ꝓpria opinio ꝙ scꝫ in eodē aiali siue in eodeꝫ hoie sint plures aie realiter distīcte. Ockam tn̄ illam opinionē secutꝰ est ponēs in q̃libet hoie: aiam sensitiuā: vegetatiuam ꝛ intellectiuā esse realiter ab inuicē distinctas. Sed in hoc videṫ ꝙ faciat ꝯtra sua ꝓpria principia. In oibus eīm tam in logica q̃ȝ in theologia clamat ꝛ docet pluralitatē non esse ponendā sine necessitate sed reuera nulla est necessitas ponēdi pluralitatē aiarū realiter distinctarum igiṫ male ponit in hoie pluralitatē aiaꝝ contra sua p̃ncipia in omi sua doctrina cōia: immo talis pluralitas non pōt poni: non eīm pn̄t se ille forme in eodē cōpati qđ probaṫ ꝑ regulā vnā que talis est. ¶ Quecunq̧ due forme substātiales q̃rum vna includit virtualiter aliā sūt in eodē incōpossibiles. ¶ Continēre v̄tualiter in ꝓposito ē q̄n vna forma subalis pōt in omnem operationē ꝛ effectum in quā pn̄t aia sensitiua ꝛ aīa vegetatiua igitur sunt incōpossibiles. Nec propter hoc negamus oino pluralitates formarum substantialiū quia in quolibet aīmante ponēde sunt ad minus due forme substātiales. Exemplum in homine necessario est ponenda forma corporeitatis. quod corpus est altera pars cōpositi et etiam anima intellectiua. nec tn̄ talis forma corporeitatis est anima vegetatiua vel sensitiua sed tm̄ intellectiua: virtualiter continēs animā vegetatiuā et sensitiuā exercet oꝑationes ipsarum. Et tm̄ de prima parte.

Expedita prima huius opusculi parte: in q̃ est positus modus quorundam formalisantiū. Et declaratis distinctionibus et multis erroribus illorum formalisantium ostensis. ¶ Hic ꝯsequenter accedendum est ad scđam partem que est de mō redarguendi falsitates formalisantium Et primo ostenduṫ falsitates ꝛ periculositates illoꝝ q̄ ex distinctionibꝰ ꝛ correlarijs fm̄ modū ipsoꝝ positis inferunṫ. ¶ Pro q̃ sciendū ꝙ oīa correlaria istius opinionis sunt simpl'r falsa: excepto vltimo ꝛ sūt multū periculosa ꝛ ex eis pn̄t inferri multa heretica. Est ergo primū correlariū qđ ipsi inferunt tale. ¶ Vltima distinctio arguit oēs alias ꝛ penultima arguit oēs alias p̃ter vltimā: et sic descēdendo vsq̧ ad primā. Nō aūt ecōuerso: pma nō arguit scđam: nec scđa terciam. ꝛ sic de alijs ascēdendo vsq̧ ad vltimā. ¶ Pro quo sciendum ꝙ q̄n fit processus a maiori nūero ad minorē numerum tūc fit descēsus: q̄n autē fit ꝓcessus a minori numero ad maiorē: tūc fit ascēsus: ita etiā in ꝓposito q̄n fit processus a maiori distinctione vel identitate ad minorē fit descēsus: q̄n aūt fit ꝓcessus a minori distinctiōe vel idētitate ad maiorē tūc fit ascēsus. Et iđ dr̄ in pmo correlario: penultima distinctio arguit oēs alias p̃ter vltimā ꝛ sic descēdendo vsq̧ ad pmā. Est eīm fm̄ illos distinctio vltima illa se totis obiectiue maxia: ꝛ sic ꝯñter vsq̧ ad distinctionē rōnis q̄ est minima q̄n q̃ fit ꝓcessus a distinctiōe vltima ad alias q̄ sunt minores illa tūc fit descen-

sus ecōtra aūt fit ascensus. ¶ Notandū
etiā p maiori declaratione hui⁹ opinio-
nis. Qd̄ quāto distinctio est maior, tan
to minor ē idētitas sibi opposita cū igit̄
distinctio rōnis sit minima ſm illos seq̄/
tur q̄ idētitas rōnis sit maxima. Et qꝛ
ſm istos distinctio se totis obiectiue est
maxima nulla stabit cū ea idētitas. Sꝫ
cōtra illationē ⁊ correlaria illi⁹ opinio/
nis mlta falsa ⁊ periculosa ⁊ erronea di-
centis: ponā aliq̄s ppositiones p ordinē
⁊ p̄mo cōtra correlariū p̄mū talis ponit̄
propositio. ¶ Multa distinguunt̄ se to-
tis obiectiue q̄ tn̄ nō distinguunt̄ realit̄
⁊ essentialiter: igit̄ correlariū falsum hec
est ppositio ⁊ q̄si p̄ncipalis ⁊ fundamen
talis ꝯ illos formalisantes ¶ Ex qua in
fertur scd̄a ppositio ꝯ correlariū p̄mū ⁊
quintū ⁊ septimū sup̄ in textu positorū.
¶ Scd̄a est. Distinctio se totis obiecti-
ue nō infert distinctionē realē ⁊ eēntialē
igit̄ nō infert oēs alias distinctiōnes ⁊ p
ꝯñs illa correlaria falsa. ¶ Tercia est.
Ens ⁊ sue proprie passiōes licet distin-
guuant̄ se totis obiectiue tn̄ nō distiguū
tur realiter ⁊ essentialiter. Hec ppositō
pro scd̄a parte ab oībus conceditur: nō so-
lū a scotistis verūetiam a Thomistis ⁊
modernis scꝫ q̄ sint idē realiter ⁊ essenti
aliter: sed primā partē huius ppositiōis
scꝫ q̄ ens ⁊ sue pprie passiones se totꝫ ob
iectiue distinguant̄ sic pbo: q̄ in nllo cō
ceptu cōi ⁊ q̄dditatiuo cōueniūt distin-
guunt̄ se totꝫ obiectiue: sꝫ ens ⁊ ei⁹ pprie
passiones sūt huiusmodi igit̄ maior est
manifesta minor probat̄ qꝛ si enti ⁊ eius
passionib⁹ aliq̄d eēt vniuocū in q̄d seq̄re
tur q̄ aliq̄d cōius eēt ente qd̄ est ꝯ Aui
cennā p̄mo metaphisice dicentē. Ens et
res p̄ma impssione imprimunt̄ in aīam
nec pn̄t manifestari ex alijs. Si aūt ali/
q̄d aliud eēt cōius ente ens ⁊ res possent
manifestari p rōnē illi⁹ ⁊ sic ens nō esset
p̄mū obiectū adequatū intellectus nr̄i
etiā pro quocunq̄ statu qd̄ est falsum ⁊
etiā contra formalisantes. est etiā illud
manifeste cōtra Aristotelē tercio meta-
phisice nihil ē (in q̄d) qd̄ rōnē entꝫ subt̄
fugere possit. Qd̄ si dicas cōcedo q̄ ni/
hil cōius sit ente sed nihilomin⁹ ens p̄di
cat̄ in q̄d de suis pprijs passionib⁹ ⁊ ꝯ se
ipo ⁊ sic adhuc nō distinguit̄ se totis ob
iectiue. ¶ Cōtra nullū subiectū dr̄ q̄ddi
tatiue de suis pprijs passionib⁹ nec ecō/
uerso igit̄ nullū illoꝝ includit reliquum
q̄dditatiue. Añs pbat̄ qꝛ p̄dicare q̄ddi/
tatiue p̄dicare formal̄r ⁊ p̄dicare in pri/
mo mō dicēdi p se est idē. Sꝫ nullū sbie-
ctū includit suā ppriā passionē in p̄mo
mō dicēdi p se nec ppria passio includit
suū subiectū i p̄mo mō dicēdi p se igr̄ ⁊c̄
¶ Si aūt diceres q̄uis ens ⁊ sue passio
nes non includūt aliq̄d cōius ente in q̄d
nec passiones entis includūt ens necꝯ:
bñ tn̄ includunt aliq̄d inferius ad ens.
¶ Cōtra nullū supius includit suū infe
rius in p̄mo mō dicēdi p se qꝛ nullū infe
rius est de rōne q̄dditatiua superioris cū
nullū sup̄ius definiat̄ diffinitione q̄ddi-
tatiua p suū inferius bñ ecōuerso lꝫ non
oē inferius definiat̄ p suū supius tn̄ oē
inferius nō hn̄s cōceptū simpl̄r simplicē
includit suū supius in p̄mo mō dicēdi p
se ⁊ nō ecōuerso. ¶ Dico notāter (oē infe
rius non hn̄s conceptū simpl̄r simplicē)
qꝛ tale nō includit suū supius in primo
mō dicēdi p se ptꝫ qꝛ ppositiones p se in
p̄mo mō nō ꝯuertun̄. Sꝫ inferius hn̄s
cōceptū simpl̄r simplicē (vt ē ppria pas/
sio) sp̄ ꝯuertit̄ cum eo cui⁹ est ppria pas
sio: igit̄ ⁊c̄. ¶ Sequit̄ ḡ ex dictis q̄ ens ⁊
sue pprie passiones distinguunt̄ se totis
obiectiue quia nihil quidditatiue inclu
dunt vt probatū est: igitur prima pars
dicte ppositionis vera. ¶ Scd̄a autem
pars eiusdem tercie propositionis scꝫ q̄
ens ⁊ sue pprie passiones sint idē essenti/
aliter ⁊ realit̄ nō eget pbatione qꝛ ipi cō
cedūt h̄ et dicere oppositū est manifeste
ꝯtra scotū quē tn̄ vt ipsi dicūt sequunt̄.
nō intēdo aūt in h̄ tractatulo aliq̄d ostē
dere q̄ q̄ isti formalisātes doctrinā sco-

tí maculãt et falsum eí imponũt quã tñ vt ipi dicunt sequunť in suis formalisan tibus in q̃ manifeste falsuȝ dicũt ¶ Pro maiori declaratione notandũ passiones entis sunt duplices. Quedã sũt simplices ꝛ sunt simplr cũ ente cõuertibiles vt sũt vnũ bonũ verũ: nã bñ sequiť ens est g̃ bonũ est ꝛ ecõtra bonũ ẽ g̃ ens ẽ ꝛ sic de alijs passionibꝫ simplicibꝫ. ¶ Alia ẽ passio entis disiuncta ꝛ ẽ illa q̃ cõtinet duo opposita q̃ se ipsis disiũcta sunt sic ꝙ totum disiunctũ conuertiť cũ ente sȝ nulla ei⁹ ptiũ vt dependẽs vel independẽs: finitũ vel infinitũ: limitatũ vel illimitatũ possibile vel necessariũ. Nã bñ sequitur ens est g̃ dependẽs vel independẽs est ꝛ ecõuerso dependẽs vel independẽs est g̃ ens est: nulla tñ ei⁹ partiũ disiũctũ ꝯuertiť cũ ente: vñ licet bñ sequiť dependens est g̃ ens est nõ tñ ecõuerso sequiť ens est g̃ dependẽs est in casu ꝙ nulla creatura sit. Et ꝯ̃uis nõ oporteat probare cõtra sic formalisantes ens esse realiter ꝛ essentialiter distictũ a suis ꝓprijs passionib⁹ ¶ Contra tñ Tho. arguo q̃ licet concedant ens et suas passiones esse idẽ realiť ꝛ essentialr negant tñ hoc in alijs subiectis ꝛ passionibꝫ. ¶ Cõtra thomistas ad probandũ vlr oẽs passiones esse idẽ realiter suis subiectis ponã aliq̃s ꝓpositiones: quarũ ꝑma est talis. ¶ Oĩs ꝓpria passio identificať realr suo subiecto igiť nulla distinguiť a suo subiecto. Añs ꝓbatur qꝛ si ꝓpria passio eẽt realiter ꝛ essentialiter disticta a suo subiecto seq̃reť ꝙ ꝑ diuinã potentiaȝ posset passio a suo subiecto separi sed ꝯñs est falsum g̃ ꝛ añcedẽs. ſeq̃la probať: qꝛ oẽ ꝑus alio natura si sit absolutũ realiť ꝛ essentialr a posteriori distinctũ põt ꝑ diuinã potentiã ab eo separari sed propria passio est res absoluta. quia ſm ipõs ẽ de ꝑdicamẽto qualitatis ꝛ est posterior subiecto cum ſm phm substãtia sit prior añcedẽte: ergo illa põt separari a subiecto. Maior sic deducitur. posito casu ꝙ deus creet aliq̃d subiectum tunc quero an deus necessario creet ꝓpriam passionẽ an non si necessario: sequitur ꝙ de⁹ necessario creat aliquid ad extra et ꝙ a creatura necessiteť: dicere aũt deum necessario agere ad extra est hereticũ. Si autem nõ necessario creat passionem tũc sequitur ꝙ subiectũ potest creari sine sua passione ꝛ sic sine ea existere. Qđ si hoc ꝯcedas vel pro inconuenienti non habeas tunc sic. ¶ Arguitur. si propria passio potest separari a suo subiecto et subiectũ potest existere sine ea sequiť ꝙ ꝓpositio demonstratiua ꝛ necessaria erit contingens: immo potest esse falsa patet de illa homo ẽ risibilis q̃ est necessaria ꝛ demõstratiua si separeť iam ꝑ diuinã potentiã passio a subiecto ipa erit falsa ꝛ sic sciẽtia esset de contingentibꝫ ꝛ falsis qđ est ꝯ phum ꝑmo posterioꝝ dicentẽ. Scia est necessarioꝝ ꝑpetuoꝝ impossibiliter se aliť habentiũ: igiť. ¶ Propõ scđa. Licet ꝓprie passiones cuiuslibet subiecti distinguãtur a se inuicem ꝛ a suo subiecto se totis non tñ distinguunť realiter ꝛ eẽntialiter vñ oẽs ꝓprie passiones eiusdẽ subiecti sicut ẽ risibilitas ꝛ flebilitas hoĩs sũt idẽ realiter ꝛ essentialiter inter se distinguũtur tñ se totis obiectiue. ¶ Oĩs ꝓpria passio a quocũq; distinguiť se totis obiectiue distinguiť cum habeat conceptũ simplr simplicẽ non tñ distinguiť a quocunq; eẽntialiť qꝛ nõ distinguiť essentialiter a suo subiecto. ¶ Quecunq; differentie vltime eiusdẽ rei quarũ vna ẽ specifica ꝛ altera indiuidualis distinguuntur se totis obiectiue ꝛ tamen non distinguuntur realiter neq; eẽntialiter igitur correlarium falsum. ¶ Licet bonitas et diuina sapia distinguatur se totis obiectiue non tñ distinguunť eẽntialiter ſm eũ Scotũ qđlibet attributũ diuinum a quocũq; distinguiť se totis distinguiť et si se totis distinguitur igitur in nullo cõuenit. Hec ergo iam dicta manifeste ostendũt illa tria correlaria supius enu-

merata simpl'r esse falsa z erronea: quia in diuinis reperit distinctio se totis obiectiue sicut probatū est non aūt reperit ibi distinctio eēntialis: immo illā in diuinis ponere est hereticū z tñ ex correlarijs illorū formalisantiū infert illud qz fm eos q̄cunq̄ distinguunt se totis obiectiue distinguunt realiter et eēntialit qđ est falsum z hereticū. ¶ Notandū q̄ scđa pars primi correlarij illorū formalisantiū (scz q̄ distinctio penultima oēs alias inferat p̄ter vltimā z sic descēdendo) posset pbari eisdē medijs quib⁹ prima pars eius est improbata: tamen speciales ppositiones cōtra illā scđam partem adducam quarum prima est hec.

¶ Quāq̄ pater filius z spūssanctus in diuinis distinguant se totis subiectiue non tñ distinguunt eēntialiter: igitur distinctio se totis subiectiue nō infert oēs alias p̄ter vltimā. Qz aūt distinguunt se totis subiectiue probat: quia in nullo conceptu cōi potentiali p aliq̄s differentias contrahibili conueniūt. Nam sola talis realitas p aliquas differentias cōtrahibilis dicit realitas subiectiua. Dicere aūt q̄ aliqua realitas in diuinis cōtrahat p aliquā differentiā est hereticū. si igit pater filius z spūssctūs in nulla realitate subiectiua conueniūt sequitur q̄ distinguant se totis subiectiue: nō tñ essentialiter distinguunt vt pz ex fide: igitur correlariū tuū falsum. Et nota licz canonicus posset hoc argumentuz forte euadere dicēdo illa se totis obiectiue distingui q̄ non conueniūt in aliquo vno actu existendi: sed psone diuine hn̄t eundem actū existendi z p cōsequēs fm euz non distinguerent se totis subiectiue tamen alij formalisantes nequaq̄ pn̄t effugere: qui dicūt illa se totis subiectiue distingui q̄ non conueniūt in aliqua realitate subiectiua et sic est in pposito. igit correlariū falsum. ¶ Scđa est. Attributa diuina licet inter se z ab eēntia diuina distinguant se totis subiectiue nō tñ sūt essentialiter distincta: qz h̄ dicere eēt hereticum. ¶ In scđo correlario dicūt isti formalisantes q̄ identitas rōnis inferat oēs alias idētitates hoc aūt videt eē hereticū ideo ɔtra istud correlariū sic Arguo. ¶ Cōstat q̄ pr̄ fili⁹ z ss. sunt idē ratione cū identificent in vna relatione rationis quā dicūt ad creaturā non eīn dicūt respectū realem ad extra: sed dicere q̄ pr̄ fili⁹ z ss. sint idem realiter saltē realiter suppositaliter est hereticū: ḡ non oia q̄ sunt idem rōne sunt idē realiter. q̄ aūt relatio talis sit rōnis pz fm omnes Scotistas qui dicūt oēm relationē dei ad creaturā esse rōnis. Cum ḡ pr̄ filius z spūssctūs sint vnus dñs vnus creator sequit q̄ habeant vnā relationē dominij et vnā relationē creationis actiue: alias eēnt tres dñi z tres creatores: z cū talis sit relatio rōnis sequit q̄ sint idē ratiōe z tñ non sunt idem real'r z supposital'r. igit identitas rōnis non infert oēs alias identitates z sic ascendendo vsq̄ ad vltimam z p consequēs correlariū falsum ¶ Qz etiā talis relatio dei ad creaturā sit relatio rōnis z non realis probat sic. Dei ad creaturā non potest esse relatio realis: quia si sic tunc talis relatio esset deus. Nam quicq̄d est in deo ex natura rei est deus. igit talis relatio dei ad creaturam si sit realis erit deus. sed qz nulla relatio potest esse sine fundamento et termino sequitur q̄ deus necessario ad suū esse requirat creaturam: cum ipa creatura sit terminus illius relationis qđ est erroneū. ¶ Item probat aliter q̄ talis relatio nō sit realis pater filius z ss. sunt dñs creature et tamen ab eterno nō fuerunt domin⁹ creature quia domin⁹ est alicuius dominus. Creatura autem ab eterno nihil fuit igitur deus ab eterno non fuit creature dominus: sequitur ergo q̄ talis relatio non sit realis cum nō sit realiter deus alias semper ad suū esse requireret creaturam quod est absurdum cū ergo talis relatio dei ad cre

nturā sit relatio rōnis ꝛ nō nisi vna qꝛ si
plures relationes dominij in diuinis es-
sent ꝑ cōsequēs ibi essent plures dñi qđ
est cōtra fidē sequit̄ ergo ꝙ sit tn̄ vna rela-
tio rōnis ꝛ ꝑ cōsequēs ille tres ꝑsone sūt
idē rōne ꝛ tn̄ distinguunt̄ inter se realit̄
ergo idētitas rōnis nō infert oēs alias idē-
titates. ¶ Arguit̄ ex alio. Oia ꝑdicamē
ta sunt idē rōne ꝛ tn̄ distinguunt̄ realr̄ ꝛ
essentialiter ergo nō oia q̄ sunt idē rōne sūt
idē realr̄ ꝛ essentialr̄ ac formalr̄ ꝛc̄. ergo
correlariū falsum. Añs probat̄ qꝛ q̄cun
ꝗ conueniunt in vna rōne sunt idē rōne
oia ꝑdicamēta sūt huiusmodi igit̄ sunt
idē rōne. Maior est manifesta. minor ꝓ-
bat̄ qꝛ oia ꝑdicamēta conueniūt in hac
scđa intētione gen⁹ gn̄alissimū q̄ oibꝫ ap
plicat̄: ꝓbat̄ qꝛ suba est gen⁹ gn̄alissimū:
q̄litas est gen⁹ gn̄alissimū q̄ntitas est ge
nus gn̄alissimū ꝛ sic de alijs igit̄ ꝑdica-
mēta ꝯueniūt in hac intētione scđa que
dr̄ genus gn̄alissimū. si dicas cōcedo ꝙ
oia ꝑdicamēta vl̄ q̄dlibet ꝑdicamentū
sit gen⁹ gn̄alissimū tn̄ nō couenīūt i vna
intentione scđa nūero. Sꝫ est alia ꝛ alia
intentio scđa q̄ fundat̄ in suba alia que
fundat̄ in quātitate ꝛ sic de alijs. Sꝫ ad
hoc ꝙ aliq̄ sunt idē rōne requirit̄ ꝙ cōue
niāt in vna rōne numero sed sic nō est in
ꝓposito igit̄ ꝛc̄. ¶ Cōtra. si solū illa sūt
idē rōne q̄ hn̄t eandē intentionē scđam
nūero sequit̄ ꝙ nulla in creaturis erunt
idē rōne qđ est falsū immo sufficit ꝙ cō
ueniāt in vna intētione scđa spē ad hoc
ꝙ sint idem rōne. Si dicas ꝛ si sufficiat
ad hoc ꝙ aliq̄ sint idē rōne ꝙ ꝯueniāt in
vna rōne spē tn̄ ille intentiōes scđe fun-
date in diuersis ꝑdicamētis differūt spē
ꝛ ꝑ ꝯñs talis vnitas rōnis nō sufficit ad
identitatē rōnis. ¶ Rn̄deo falsum est ꝙ
tales intentiones differāt spē immo dif
ferūt tm̄ nūero sicut hec albedo et illa.
Intellectus eīm attribuit hāc intētionē
scđaꝫ gen⁹ gn̄alissimū sube ꝛ quantitate
illā intentionē gen⁹ gn̄alissimum ꝛ sic de
alijs q̄ intētiōes scđe solū nūero dn̄t. et
lꝫ fundamēta differāt gn̄e nō tn̄ ille intē-
tiones in illis fundate qꝛ non requirit̄ ꝙ
sit tāta distinctio in relatōibꝫ quāta est
in fundamētis. ¶ Si ꝯ hoc sic arguas.
Si ille intētiōes scđe dn̄t iā enumerate
ſm te nō dn̄t nisi nūero sequit̄ ꝙ genus
gn̄alissimū erit spēs spālissima ꝯñs ē fal
sum cū oppositū ꝑdicet̄ de opposito igi
tur ꝛ añs est falsum. probatio seq̄le qꝛ si
hec intentio scđa gen⁹ gn̄alissimū ꝑdica
tur de pluribꝫ solū nūero differentibꝫ in
eo ꝙ qđ vt dicendo hoc gen⁹ gn̄alissimū
est gen⁹ gn̄alissimum ꝛ hoc gen⁹ gn̄alissi-
mum est gen⁹ gn̄alissimū ꝛ sic de alijs. et
ille intētiones solū dn̄t nūero ſm te: se-
quit̄ ergo ꝑ gen⁹ gn̄alissimū erit spēs spālissi
ma. ¶ Rn̄deo illa est cōcedēda gen⁹ gn̄a
lissimū est spēs spālissima nec est inconue
niens in intētionibꝫ scđis ꝙ vna intētio
scđa opposita alteri ꝑdicet̄ de illa deno
minatiue: vn̄ illa est vera masculinū ge-
nus est neutri gn̄is plural' numerus est
singlar̄ nūeri. Grūs casus est nr̄i casus
sit̄r plurale est singulare. Sunt ergo omēs
iste ꝓpositiōes vere nō q̄dditatiue sꝫ de
noiatiue. ¶ Pro quo sciendū ꝙ q̄ncunꝗ
intellectus intelligit aliq̄d cōiter ꝛ regu
lariter est vnū sub quo intelligitur. Il-
lud aūt ꝙ intelligitur est quid: sed illud
sub quo intelligitur aliquid est modus
Exēpli grā. Si intelligo hoiem esse al-
bū intelligo hoiem ꝛ intelligo albedinē
sed hominē intelligo in quid ꝛ intelligo
ip̄m sub albedine tanꝗ sub modo quia
ip̄a est illud sub quo hominē intelligo.
Ita etiam est in proposito nā qn̄ intelli
go genus gn̄alissimū sub ea ratione qua
predicatur de pluribus differentibꝫ nu-
mero in eo ꝙ quid vt puta de illo gn̄ege
neralissimo et de illo gn̄egn̄alissimo ꝛc̄.
tūc intelligo gen⁹ gn̄alissimū in quid et
intelligo illud sub illa rōne que dicitur
spēs spālissima: ita ꝙ vera erit illa ꝑdica
tio gen⁹ generalissimū est spēs spālissima
ꝛ quando dicis ꝙ oppositū ꝑdicat̄ de op
posito. Rn̄deo per aliquas ꝓpositiōes.

¶ Prima est. Quãcunq͂ sunt due scđe intẽtões opposite ⁊ vtraq͂ earũ capit̃ vt qd nũq͂ p̃dicant̃ de se inuicẽ. ¶ Scđa ẽ Quãcunq͂ sunt due scđe intẽtiones opposite ⁊ vtraq͂ capit̃ vt mod⁹ nũq͂ p̃dicant̃ de se inuicẽ. ¶ Tercia ẽ. Quãcũq͂ sunt due scđe intẽtiones etiã opposite q̃rũ tamen vna capit̃ vt qd et altera vt mod⁹ tales intentiones scđe p̃dicant̃ de se inuicẽ denoīatiue. In p̲posito g̃ qñ illa scđa intẽtio gen⁹ g̃nalissimũ: ⁊ h̃ scđa intẽtio spẽs spãlissima ambe capiunt̃ aut vt qd. aut ambe vt modus sic sunt opposite ⁊ nũq͂ p̃dicant̃ de se inuicẽ. qñ aũt vna illarũ secundarũ intẽtionũ capit̃. vt qd ⁊ alia vt modus sic vna p̃dicatur de alia ⁊ hoc denoīatiue. Illa g̃ ɔceditur gen⁹ g̃nalissimũ est spẽs spãlissima put gen⁹ g̃nalissimum capit̃ vt quid est species spãlissima vt mod⁹ ⁊ illo mõ non sunt opposite ⁊ p̲ ɔñs oppositũ nõ p̃dicatur de opposito. ¶ Ex p̃dictis g̃ patet oīa correlaria esse falsa illorũ formalisantiũ p̃ter octauum qđ verũ est ⁊ est tale. ¶ Cum idẽptitate reale stat distinctio formal̃. Pro declaratione hui⁹ correlarij septẽ p̃ncipales p̲ ordinẽ p̲positões ponunt̃. Quarũ tal̃ ẽ.

¶ Prima p̲positio p̃ncipalis. Licet pfectiones essentiales in diuinis sunt vna ⁊ eadẽ res simplicissima cũ essentia tñ ab inuicẽ ⁊ ab essentia diuina distinguunt̃ formal̃r. ¶ Scđa p̲põ p̃ncipalis. Licet paternitas ⁊ eẽntia diuina in patre sint vna ⁊ eadẽ res simplicissima distinguũt̃ tñ ex natura rei ⁊ formal̃r. ⁊ sic de alijs. Tercia ẽ. Oĩa nocionalia in diuinis idẽptificant̃ real̃r cũ essentia diuina licz ab ea formalit̃ distinguant̃. ¶ Quarta est. Aliq̃ nocionalia distinguunt̃ solum formal̃r inter se. Aliq̃ autẽ real̃r. nulla tñ distinguunt̃ essential̃r. De q̃tuor p̲opositiones sunt p̃cise posite de illis q̃ reperiunt̃ in diuinis. Sequẽtes aũt ponũtur de illis que reperiunt̃ in creaturis. ¶ Quinta ẽ. Oẽs p̲pe passiones eiusdẽ subiecti idẽptificant̃ real̃r cũ suo subiecto ⁊ inter se licet formal̃r a se inuicẽ ⁊ a suo subiecto distinguantur. ¶ Sexta est Oẽs differẽtie indiuiduales idẽptificãtur real̃r cũ suis indiuiduis quorũ sunt dr̃ie ⁊ tñ ab illis distinguuntur formal̃r ¶ Septima p̲põ p̃ncipalis ẽ. Potentie aīe mere spũales idẽptificant̃ real̃r inter se ⁊ cũ essentia aīe licet sint distincte formaliter. Ex illis p̲positionib⁹ seq̃tur p̃dictũ correlariũ simpl̃r esse verum. licet oīa alia sint falsa. ¶ Notãdũ circa p̃mã p̲positionẽ ꝙ ipsa h̃z duas ptes quarũ p̃ma est talis. Perfectões essentiales in diuinis sunt vna res simplicissima. Secũda pars ꝙ ab inuicẽ formal̃r distinguãt̃ Quantũ ad p̃mã partẽ est sciendũ ꝙ aliter loq̃tur Aristotiles de hoc noīe essentiale ⁊ Theologus fm̃ eũ p̃hm. Essentiale ẽ illud qđ distinguit̃ ɔ̃ accidentale fm̃ vero theologos. Essentiale sumit̃ p̲ut distiguit̃ ɔ̃ nocionale. Essentiale fm̃ p̃hm est illud ꝙ p̲ se includit̃ in essentia alicui⁹ siue qđ p̃dicat̃ de aliquo in p̃mo mõ dicendi p̲ se. Exẽplũ in cõposito naturali. vt materia ⁊ forma dicunt̃ essentialia ipsi⁹ cõpositi ⁊ includunt̃ in illo in p̃mo mõ dicendi per se. Sed in cõposito rõnis siue diffinitõis genus ⁊ differẽtia sunt partes essentiales: ⁊ dicunt̃ essentialia diffiniti siue cõpositi rõnis. Pro quo sciendum ꝙ Compositũ est duplex. scz. ¶ Reale est illud qđ componit̃ ex re ⁊ re real̃r distinctis sicut illud qđ cõponitur ex materia ⁊ forma. ¶ Rõnis siue diffininitionis ẽ illud qđ cõponit̃ nõ ex re ⁊ re sed ex realitate ⁊ realitate sicut species ⁊ gen⁹ ⁊ dr̃ia. Sicut g̃ gen⁹ ⁊ spẽs sunt de q̃dditate ⁊ essentia compositi rõnis siue ipsius diffiniti. sic etiã materia ⁊ forma sunt de essentia cõpositi realis. Cõpositio autẽ realis nõ reperitur in oīb⁹ generibus: q2 nõ in angelis. nõ in demonib⁹. nõ in aīa rõnali. neq͂ in accidentib⁹ cũ sunt forme simplices. ea scz simplicitate que opponit̃ ɔ̃põni ex materia ⁊ forma. Cõpositio h̃o rõnis siue diffinitõis reperit̃ in

omnib⁹ generib⁹. Nā oīa genera dicunt
quādā realitatē potentialē ɔ̄hibilē per
drīas aliq̄s: spēs diuersas constituētes.
Oēs ḡ spēs: quorūcunq̧ generū sic sunt
ɔposite scʒ ex realitate generis ⁊ realita
te drīe ⁊ p ɔ̄ns in oī genere regit talis cō
positio rōnis: q̄ tn̄ nō est realis. ¶ Et q̄s-
uis in diuinis sint plures realitates di/
stincte formalr: sicut pʒ ex ꝓpositionib⁹
p̄cedentib⁹. tn̄ nulla realitas in diuinis
est potentialr ɔtrahibilr p aliquā differē/
tiam siue specificā siue indiuidualem vt
patet ex p̄cedentib⁹. Ex illis iā dictis se
quunt alique ꝓpōnes: ex q̄bus iā dicta
magis elucidant. quarū p̄ma est. ¶ Li/
cet angelus sit simplex simplicitate op/
posita cōpōni ex materia ⁊ forma siue cō
pōni rei ⁊ rei. componit tn̄ ex realitate ⁊
realitate. ¶ Scd̄a est. Licet accidēs sit
forma simplex cōponit tn̄ ex realitate et
realitate. ¶ Tercia ē. Licet de⁹ habeat
plures realitates. nullo tn̄ mō ē ɔposit⁹
imo ē summe simplex: q̄ꝛ nulla realitas
in diuinis ē potētialis. Sed q̄ntūcunq̧
sibi cōuenit sūme actualis. ¶ Quarta ē
Tam materia q̄s forma sunt essentialia
ipsi cōposito. ¶ Contra hāc quartā pro
positionē arguit. Nihil ē de essentia ali/
cui⁹ nisi ɔueniat sibi in p̄mo mō dicendi
p se. materia ⁊ forma nō ɔueniūt cōposi
to in p̄mo mō dicēdi p se. igit nō sunt de
essentia ei⁹ Maior est nota. minor ꝓbat
q̄ꝛ quicq̄d dr̄ de aliquo in p̄mo mō dicē/
di p se vere p̄dicat de illo in recto. mate/
ria ⁊ forma nō sunt hmōi. ḡ ⁊c̄. patet mi
nor. nā hec ē falsa. hō est corpus. hō ē aīa
igit. Rn̄deo minor est falsa ⁊ ad ꝓbatio/
nem eius dico ſm Linconiens. sup p̄mo
posteriorꝫ. Non oportet q̄ omē essentia/
le ɔueniēs alicui in p̄mo mō dicēdi p se
dicat de eo cui⁹ est essentiale in recto sed
sufficit dicat de eo cui⁹ est eētiale in ob
liquo. sic ē de materia ⁊ forma respectu
totius. ¶ Punct⁹ etiā includit q̄dditati
ue in linea ⁊ tn̄ nō p̄dicat de ea in recto.
nā ista ē falsa. linea ē punct⁹ vel puncta.

Sed illa cōceditur. Linea ē longitudō
sine latitudine duob⁹ punctis termiata
¶ Quinta ē. Omia gn̄a ⁊ oēs drīe for/
males sunt de essentia suarū specierū q̄ꝛ
dicunt de illis in primo mō dicendi p se
¶ Sexta est. Omē supius ē de essentia
sui inferioris eadē rōe. ¶ Ex p̄dictis cla
re patet. Quid sit essentiale ſm phos.
Omne eīn illud dr̄ essentiale ſm eos q̄d
distinguit ɔ̄ accidentale: put accidēs cō
tinet esse accidēs p accidēs siue accidēs
cōe ⁊ accidēs p se siue ꝓpriū. Vn̄. Acci/
dens est duplex. quia Quoddā est acci-
dens per accidēs siue accidens cōe vt al/
bedo nigredo. Aliud ē accidēs ꝓprium
vt sunt ꝓprie passiones. ¶ Septima est.
Nulla ꝓpria passio est de essentia sui ꝓ-
prij subiecti: quia nulla talis dr̄ in p̄mo
mō dicendi p se de suo subiecto. ¶ Octa
ua est. Nullū accidēs p accidēs est essen
tiale sui subiecti ꝓpter eandē rationem.
¶ Nona ꝓpō est. Omē illud dr̄ accidē-
tale ſm phos q̄d cōuenit alicui in p̄mo
mō dicēdi p se. Ex his ꝓpositionib⁹ pa/
tet q̄d sit eētiale ⁊ q̄d sit accidētale ſm
phos. Sed ſm Theologos nō sumitur
essentiale put distinguit contra accidē
tale sicut accipiunt phi sed sumitur ſm
eos put distinguit ɔ̄ nocionale. ¶ Pro
quo sciendū. Q̄d in diuinis est vna enti
tas p̄ma oīno ⁊ absolutissima q̄ quidem
entitas vocat essentia diuina ⁊ hec hʒ ta
lem modū p̄dicādi de psonis diuinis q̄
dr̄ de q̄libet psona singillatim in singu/
lari nūero ⁊ p̄dicat etiā de omib⁹ psonis
simul ⁊ semel. Exēplū p̄mi vbi illa enti
tas p̄dicat de q̄libet psona singillatim
vt dicēdo. pr̄ est essentia diuina. filius ē
essentia diuina. spūssanct⁹ ē essentia diui
na. Exēplū scd̄i vbi de oib⁹ trib⁹ psonis
simul ⁊ semel p̄dicat. vt pr̄ filī⁹ ⁊ spūssan
ctus sunt essentia diuina. Nā vna ⁊ eadē
essentia diuina nūero indiuisa: pluribꝫ
tn̄ cōicabilis est realr in q̄cunq̧ psona.
Nūc ḡ ad ꝓpositū sciendū q̄ Essentiale
ſm theologos est illud q̄d hʒ silr modū

p̄dicandi cū essentia diuina ⁊ cuꝫ hoc si-
milem cōmunitatē: vt sapiētia: bonitas
iusticia: ⁊ q̄dlibet aliud attributū: p̄di-
catur de q̄libet ꝑsona in diuinis singil-
latim: ⁊ de oībꝫ simul: ⁊ cū hoc est cōis il-
lis sicut essentia diuina. Nā hec ē vera
pr̄ est sapia diuina: filiꝰ est sapia diuina:
spūssanctꝰ est sapia diuina. Silr̄ ⁊ illa:
pr̄ filius ⁊ spūssanctꝰ sunt sapia vna. ḡ ⁊
eadē sapia indiuisa: pluribꝫ tm̄ cōicabil̄
est in oībꝫ tribꝫ ꝑsonis. ⁊ sic de aliȷ̄s attri-
butis. Ex illis seq̄tur regula generalis
⁊ theologicalis scꝫ. ¶ Oīa essentialia in
diuinis sunt cōia tribꝫ ꝑsonis q̄ꝛ habent
similē modū p̄dicandi ⁊ similē cōmuni-
tatē cū essentia. ¶ Nocionale autē est il-
lud qd̄ nō conuenit tribꝫ ꝑsonis i singu-
lari nūero nec hꝫ talē ꝯmunitatē quā hꝫ
essentia diuina. Et reperiunt̄ quinq̄ no-
cionalia in diuinis: Innascibilitas. Pa-
ternitas. Filiatio. Spiratio actiua. Et
spiratio passiua. Nulla em̄ illarū rela-
tionū seu realitatū cōuenit tribꝫ ꝑsonis
Nā innascibilitas ⁊ paternitas tm̄ con-
ueniunt patri ⁊ nō filio neq̄ spūisancto.
Filiatio ꝯuenit soli filio. Spiratio pas-
siua cōuenit soli spūisancto. Et licet spi-
ratio actiua sit cōis patri ⁊ filio nō tamē
hꝫ talem entitatē qualē hꝫ essentia quia
nō cōuenit tribꝫ ꝑsonis: quia spūssanctꝰ
nō est spiratio actiua nō em̄ spirat acti-
ue sed solū passiue spirat̄. ideo nō habet
spirationē actiuā. Ex p̄dictis patet cla-
re q̄ apd̄ theologos aliter sumitur hoc
nomen essentiale q̄ꝫ s̄m philosophos.
¶ Essentiale em̄ s̄m theologos nō sumi-
tur vt distinguitur contra accidentale:
quia nullū accidens est in diuinis. Sed
omne illud dicit̄ essentiale quod distin-
guitur contra nocionale. et dicitur no-
tionale a nosco. quia facit noscere perso-
nam. ¶ Arguitur Non sunt quinq̄ no-
cionalia Probatur quia innascibilitas
siue ingenitum non est nocionale. Pa-
tet quia nedum pater est ingenitus: sed
etiam spiritussanctus et essentia diui-
na. probatur quia illa non sunt genita.
ergo ingenita. nullum autem nocionale
conuenit essentie cum illa sit communis
tribus igitur ingenitū siue innascibili-
tas nō est nocionale et per cōsequens nō
erunt quinq̄ nocionalia. Respondetur
ad hoc. Ingenitum capitur dupliciter.
¶ Uno modo vt tantū valet sicut nō ꝓ-
ductum per generationē: ⁊ sic nō solum
pater est ingenitus: sed etiaꝫ spūssanctꝰ
⁊ essentia diuina: quia nullum illorū est
genitum. ¶ Alio modo sumitur ꝓut est
est proprietas patris. ⁊ illo modo sumi-
tur pro subsistente aliquo nō producto.
Et dicitur pro aliquo subsistente ꝓpter
essentiā diuinā que illo modo nō est in-
genita. vel ingenitū illo modo non cōue-
nit essentie. Et licet ipsa nō sit producta
nō tamen est subsistens: quia subsistere
est incōmunicabiliter existere. Essentia
autem diuina est cōmunicabilis immo
actu communicata tribꝰ personis. Di-
citur secundo nō producto propter hoc
spiritussanctus nō est ingenitꝰ illo mo-
do. Nam licet ipse sit subsistēs est tamē
cum hoc productus. ¶ Ad propositum
ergo accipiēdo ingenitum primo modo
⁊ sic non solum pater est ingenitus: sed
etiam essentia diuina et spūssanctus. ta-
men illo modo ingenitum non est nocio-
nale. Sed accipiendo ingenitum secun-
do modo sic solus pater est ingenitus et
est proprietas patris ⁊ nocionale. Et il-
lo modo non conuenit aliȷ̄s a patre.
¶ Pro maiori declaratione predictorū
ponuntur alique ꝓpositiones principa-
les Quarum prima talis est. ¶ Omne
nocionale est respectiuum ad intra.
¶ Secunda propositio principalis est.
Omne respectiuum ad intra est nocio-
nale. Et q̄uis nulluꝫ nocionale sit essen-
tiale: non tamen sequitur q̄ sit acciden-
tale cum in deum non cadat accidens.
Unde beatus Augustinus quinto li-
bro de trinitate sic ait. In rebus inquit
creatis ad quod mutabilius quod non

ſm substantiā dr̄ restat vt ſm accidens
dicat̄. In deo aūt nihil ſm accidēs dicit̄
nec tñ esse qd̄ dr̄ ſm ſbam dr̄. dicitur eīm
ad aliqd sicut pr̄ ad filiū ⁊ filius ad pa-
trem. hec ille. Nunc ad ꝓpositū. Prima
pars p̄me ꝓpositionis p̄ncipalis ꝓbans
octauū correlariū. s. ꝙ pfectiones essen-
tiales in diuinis sint vna res. Probat̄ ⁊
arguo sic ꝑ vnā regulā theologicalē que
talis est. ¶ Quicqd est in deo ex natura
rei est idē realr̄ cū essentia diuina ⁊ ipse
de⁹met. Et breuiter oppositū dicere est
hereticū: sed multe sunt pfectiones essen
tiales imo infinite ex natura rei in diui-
nis igit̄ sunt eedē realr̄ cū essentia diuia
⁊ ꝑ ꝯñs p̄ma ps ꝓpositionis vera. Scda
ps eiusdē ꝓpositōnis scʒ ꝙ hmōi pfectio
nes essentiales distinguuntur formalr̄.
Probat̄. Illa distinguūt̄ formalr̄ quoꝝ
neutrū includit alterū in sua diffinitōe
qdditatiua si habeat diffinitionē qddi-
tatiuā vel si nō sit in genere: sed oēs pfe-
ctiones essentiales int̄ se ⁊ cū essentia sūt
hmōi. igit̄ ⁊c. Maior ē manifesta apud
oēs Scotistas. Minor probat̄. Sapia
eīm in cōi non includit bonitatē in cōi in
p̄mo mō dōi ꝑ se: q: si vtraqꝫ diffiniret̄
neutra icluderet aliā i sua diffinitōe qd
ditatiua. g̃ nec sapia infinita icludit bo
nitatē infinitā in p̄mo mō dicēdi ꝑ se: q:
infinitas ē modus intrinsecus: q non va
riat rōnē formalē eius cui aduenit ſm
illos formalisantes. igit̄ nō facit bonita-
tem cui aduenit includere ipsam sapiaꝫ
in p̄mo mō dicendi ꝑ se: nec ecōuerso igit̄
distinguunt̄ formalr̄. ¶ Pro declaratio
ne scde ꝓpositionis p̄ncipalis ponuntur
alique ꝓpositiones ꝑ ordinē. ¶ Prima
ꝓpositio. Licet pr̄ filius et spūssanctus
sint idē essentialr̄ distinguunt̄ tñ forma-
liter. ¶ Scda ꝓpō. In eadē psona diui
na nō pñt esse plures res realr̄ distincte.
Nā oppositū dicere est simplr̄ erroneū.
¶ Tercia ꝓpō. In eadem psona diuina
pñt esse plures realitates distincte. Ex
aliis ꝓpositionib⁹ ꝯcludit̄ veritas secun-
de ꝓpositionis p̄ncipalis ⁊ maxime pro
prima parte. s. ꝙ paternitas ⁊ essentia di
uina in patre sint vna ⁊ eadē res simpli-
cissima. ꝑ scdam ꝓpositionē q: in eadem
psona nō pñt esse plures res realr̄ distin
cte. Scda ps eiusdē ꝓpositionis p̄ncipa
lis ꝓbat̄. s. ꝙ pr̄nitas ⁊ essentia diuina in
patre formalr̄ distinguūt̄. q: paternitas
est formalr̄ incōicabilis. Essentia aūt di
uina formalr̄ cōicabilis. mō cōicabile ⁊
incōicabile sunt p̄dicata ꝯtradictoria q̄
nō pñt verificari ꝑ eadē realitate simul
⁊ semel et ſm idē g̃ paternitas et essentia
sunt alia ⁊ alia realitas ⁊ per ꝯñs alia ⁊
alia foꝛalitas. Ubicūqꝫ aūt ē alia ⁊ alia
formalitas ibi ē distinctio formalis igit̄
paternitas ⁊ essentia diuina distinguūt̄
formalr̄. ¶ Tercia ꝓpositio p̄ncipal̄ hꝫ
duas ptes. Prima ē Omia nocionalia
idēptificant̄ realr̄ cum essentia diuina.
¶ Scda est ꝙ ab essentia formalr̄ distin
guant̄. Prima ps ꝓbatur. Quicqd ē in
deo ex natura rei: est idē realr̄ deo. sʒ no
cionalia sunt in deo ex natura rei igitur
sunt idē realr̄ cū deo siue cuꝫ essentia di
uina. ¶ Notādū pro maiori declaratōe
ꝙ q̄tuor repiunt̄ signa in diuinis ꝑ ordi
nem. Non quidē ꝑ ordinē tpis vel dura
tionis: cū ibi nō sit prius neqꝫ posterius
tpe vel durationis. Sed oīa sunt ibi ab
eterno pñt tñ ibi poni ſm modū intelli-
gendi signa nature. Sunt g̃ ista signa
q̄tuor nature in qbus reperio q̄tuor per
ordinē. ¶ In p̄mo signo reperio essentiā
diuinā q̄ est p̄ma entitas vnica ⁊ absolu
tissima realis in existentia actuali tanq̄
fundamētū: radix: ⁊ origo cuiuslibet en-
titatis. ¶ In scdo signo sunt ibi essentia
lia siue attributa diuina. eētiā diuinā
circūstantia ⁊ decorantia tanq̄ ornamē
ta pulcherrima vt flores ibi pullulātia
¶ In tercio signo sunt ibi nocionalia.
¶ In quarto signo sunt ibi relatōnes cō
munes. vtputa similitudo equalitas et
idēptitates. Est g̃ in primo signo natu-
re essentia diuina q̄ est formalr̄ infinita

ꝑ se a se ꝛ in se. ¶Pro quo sciendũ ꝙ si/
cut aliq̄ res reperiunt̄ in multiplici dif/
ferentia ita ꝛ aliq̄ue formalitates ꝛ rea/
litates siue ꝑfectiones sunt in multipli/
ci differẽtia. ¶Res aũt in triplici diffe/
rentia sunt Quedã res est infinita a se ꝛ
in se sicut prima persona in diuinis: vt
puta quia a nulla alia persona habet in
finitatem sed est infinita in se ¶Alia est
res infinita in se sed nõ a se sicut filius ꝛ
spũssanctus qui licet sint infiniti non tñ
a se sed a patre. ¶Aliqua aũt res nec est
infinita a se neq̧ in se. sed ex se ꝛ in se sim
pliciter finita vt creatura. Sic ꝛetiã sũt
aliq̄ue formalitates distincte ita ꝙ aliq̄
est que est formaliter infinita a se in se ꝛ
ꝑ se. sicut essentia diuina que est radix ꝛ
fundamentũ oĩs ꝑfectionis ꝛ hꝫ a nullo
alio infinitatẽ. sed oĩno a se habet illã.
Aliqua aũt realitas siue formalitas est
infinita in se ꝛ ꝑ se: sed nõ oĩno a se tanq̧
ꝑma radix ꝛ fundamentũ oĩs ꝑfectiõis
ꝛ infinitatis sicut sunt attributa diuina
que ſm Damascenũ dicunt aliquid cir
ca essentiam diuinã et illa sunt formali/
ter infinita ꝛ in se et ꝑ se siue radicaliter
in essentia diuina sicut in fundamẽto cui
sunt eadem. Tercio sunt aliq̄ue realita
tes que nec in se nec per se sunt formali/
ter infinite: nec sunt idem formaliter ali
cui infinito sicut personales proprie/
tates licet sint realiter idem alicui infi/
nito sicut essentie diuine. ¶Pro declara
tione scõe partis tercie ꝓpositionis prin
cipalis ponuntur aliq̄ue propositiones
quarum prima est talis. ¶Nulla rela/
tio rationis est deus etiã si ab eterno fu
erit in deo. ¶Scõa est. Nulla eadẽ enti
tas est respectiua ꝛ absoluta formaliter.
¶Tercia ẽ. Nulla entitas absoluta in/
cludit formaliter entitatem respectiuã.
¶Quarta est. Nulla entitas respecti/
ua includit formaliter entitatem abso/
lutam. Ex illis igitur ꝓpositionibꝫ iam
dictis sequitur ꝙ essentia diuina ꝛ noci/
onalia in diuinis sunt formaliter distin/
cta quia essentia diuina est absolutissi/
ma: nocionalia sunt respectiua quorum
nullum illorum includit alterum in pri
mo modo dicendi per se. ¶Quinta est.
Omnis dependentia creature ad deũ
ẽ realiter eadẽ creature et tñ distinguit̄
ab ea formaliter. ¶Sexta est. Omis re
latio creature ad deum identificat̄ reali
ter cum creatura distinguitur tamẽ for
maliter ab ea: ratio huius est quia nul/
lum respectiuũ includitur quidditati/
ue in absoluto nec econuerso. ¶Quar/
ta ꝓpositio principalis habet tres par/
tes. Prima est. Aliqua nocionalia disti
guuntur solum formaliter. Scõa pars
est. Aliqua aũt distinguuntur realiter
Tercia. Nulla tamen distinguunt̄ essẽn/
tialiter. ¶Prima pars probat̄ quia in/
nascibilitas ꝛ spiratio actiua ꝛ paterni/
tas in patre: similiter filiatio ꝛ spiratio
actiua in filio in eadem persona distin/
guuntur solũ formaliter quia in eadem
persona nõ possunt eẽ plura realiter di/
stincta. Qꝺ aũt formaliter distinguant̄
probo in patre de innascibilitate ꝛ pat/
nitate: nam innascibilitas cõstituit per/
sonam: paternitas aũt vel spiratio acti/
ua non constituit personã. Constituere
aũt ꝛ non constituere sunt predicata re/
alia cõtradictoria. De quibuscunq̧ au
tem possunt verificari ꝯtradictoria illa
distinguunt̄ ex natura rei ꝛ quecũq̧ di/
stinguunt̄ ex natura rei distinguunt̄ for
maliter sicut ex sequentibꝰ patebit. Qꝺ
aũt innascibilitas constituat personã et
paternitas non. probo ꝑ btm̃ Augusti/
num sic dicentẽ. Si pater non genuisset
nihil prohiberet eũ ingenitũ esse igit ꝛc.
¶Scõa pars probat̄ scꝫ ꝙ aliqua noci/
onalia distinguunt̄ realiter quia tm̃ di/
stinguuntur paternitas filiatio ꝛ spira/
tio passiua quantũ distinguũtur pater
filius ꝛ spũssanctus. Sed ille ꝑsone di/
stinguuntur realiter igitur etiã ille pre
dicte relationes distinguuntur realiter
¶Tercia pars illius ꝓpositionis ꝓbat̄

